

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
JURE VIDUITATIS

Sive
Von Widumen /

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA,
Autoritate & Decreto

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI
ICTORUM ORDINIS, IN CELEBER-
RIMA ARGENTORATENSIVM UNI-
VERSITATE

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN
utroque jure honoribus, ac privilegiis

*publica & solenni censura
subiicit*

Die Martij

JOHANNES JACOBUS *Frid*
Argentoratensis.



ARGENTORATI:

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

ANNO M. DC. XLV.



Erz. num. 2.

23

1645, 2.

P. 40A

2



AUGUSTÆ atq; NOBILISSIMÆ
REIPUBLICÆ ARGENTORATENSIS
MAGISTRATUM

INCLUTUM, BENIGNUM, FELICEM,
PATRES PATRIÆ,
PATRES ATHENÆI NOSTRI,
PATRES quoq; SALUTIS MEÆ

Disputationem hanc Inauguralem inscribendo,
Gratosum patrociniū implorando,
Me meaq; studia consecrando,

Humillimè veneror,
Devotè adoro,
Sanctissimè colo.

Tanti Splendoris, Tantaq; Nobilitatis
Subjectissimus Cliens

JOHANNES JACOBUS Frid
Argentoratensis.



minu
ratio
decre
Dispu
batur
stere,
enim
hac R
enim
civili
existi
batur
dam
liceb
de m
de ea
tame
te se
Tibi,
fecte
diciu
quip
Tuu
prof
cura
vires
maic
ptah



P R Æ F A T I O

ad Lectorem benevolum.

Lector benevole, brevissimis tecum prius agere constitui, quam ipsarum thesium perfectionem accederes. Duo autem sunt de quibus te præcipue monendum esse censeo, ratio scilicet: instituti declaranda, & minus perfectæ tractationis culpa deprecanda erit. Instituti mei ratio ea est, quod cum accepto ab Amplissima Facultate Juridica decreto, in latifundio Juris nostri de materia quadam, quæ huic Disputationi Inaugurali conveniret, circumspicerem, non videbatur alia magis congrua, vel certe voto meo convenientior existere, quam hæc ipsa quam nunc propono, de Jure Viduitatis. Est enim ea tota juris civilis, nec tamen alibi magis, quam in Inclyta hac Repub. frequentata, adeoque eo ipso tanto gratior. Tempus enim impendere in explicationem legis cuiusdam, ex jure nostro civili, id quod forsitan præsentibus meis studiis nonnulli aptius existimabunt, illustre nomen eorum, quibus tractatio hæc debebatur, non est passum, quippe qui tacite quasi materiam quandam foro nostro convenientem exigere videbantur; Nec tamen licebat homini hæctenus in Schola versato aliquid conscribere de materia quæ fori sit propria; itaque instituenda erat tractatio de ea juris parte, cuius quotidianus in foro nostro usus esset, neque tamen à principiis, hæctenus perceptis, deviare. Inter quas sponte sese obtulit præsens de Jure viduitatis materia; quam nunc Tibi, Lector benevole, propono, sed, ut verum fatear, satis imperfecte elaboratam; neque enim aliud vel ætatis meæ infirmum Judicium, vel temporis, ob instans jam & destinatum iter, brevitatis, quippe quod intra paucos dies constitit, permittere poterant. Tuum erit, benevole Lector, pro ea benevolentia, qua studia mea prosequeris (zoilos enim non curo) ea interim supplere, quæ accuratiore aliqua lima indigere videbuntur, donec forsitan, Deo vires atque ætatem clementer concedente, eandem tractationem maiore cum cura reassumere licebit. Faxit Deus Triunus, ut cæpta hæc tractatio felicem sortiatur finem. Vale Lector benevole.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

JURE VIDUITATIS

Sive

Von Vidumen.

THESIS I.

Sedes ma-
teria.



Ivino igitur implorato auxilio rem ipsam ag-
gredior, & sedem huius tractationis constituo in materia
ususfructus, de qua *lib. 7. ff. tit. 1. lib. 3. Cod. tit. 33. § lib. 2;*
Inst. tit. 4. pluribus agitur. Prudens autem hic sedem fi-
go, cum jus fructuarij à jure viduitatis in utendo fruendo
nihil plane discrepare animadvertam, prout ex tota hac
disputatione satis clare apparebit. Nec me mover, quod
natura illius vidui, quod vulgo dicimus *den Brautlauffs Widum*, aliquan-
tisper videatur recedere à natura veri & proprie dicti ususfructus; nam hoc
viduum, id quod ab initio statim monendum, cum fere totum à foro nostro
recesserit, in hac tractatione non attenditur, nisi quod in *l. 8.* ubi de distribu-
tione vidui agitur, obiter eius facienda erit mentio. Sed huius disputationis
theses omnes & singulas de communi illo viduo, cuius adhuc hodie nobis
quotidianus usus est, accipi velim. Neq; enim operæ pretium facturus esse
videbar, si in jure illo jam dudum fere antiquato, tempus, quod mihi sat breve
conceditur, perderem; cum è contra & mihi utilius & aliis forsitan non ingra-
tum futurum sit, si de materia, vel quotidiano usu commendata, gravioribus
aliorum cogitationibus, quantum juventutis meæ vires concedent, præ-
luderem.

Dispositio
tractatio-
nis.

2. De viduo igitur, sive jure viduitatis aliquid acturus, non videtur
incommodè tractationem suam dispescere in præcognitionem terminorum,
& cognitionem rei ipsius. Præcognitio terminorum absolvetur in definitio-
ne & divisione. Definitio alia est nominalis, alia realis. Sub definitione no-
minali comprehendo Etymologiam, Synonymiam, Pàronymiam, & Homo-
nymiam.

Etymolo-
gia.

3. Quoad Etymologiam notandum, quod viduum sive *Widum*
non compositum sed simplex verbum sit, id quod communis *Dd.* opinio
docet deducendum esse à vidua seu viduo, hac addita ratione, quod se: viduo
atque viduæ constituitur viduum, prout & cum iisdem extinguitur, sicut cum
Tubingensibus & Modestino Pistore docet Cothmann. lib. 1. Respons. 50. n. 64.
Viduam autem nonnulli dictam volunt ab antiquo verbo *iduo iduas*, &c.
quod idem significat ac *divido, separo*: Vnde ille dies, qui menses invi-
cem separat, ipsis videtur *idus* dictus esse. *Gail. 1. obs. 1. n. 42.*

4. Sy-

4. Synonyma sunt viduum, jus viduitatis. *C. A. de jur. dot. l. 42.* *Synonyma*
Widum/Widums gerechtigkeit: Author *Consil. Argent. Vol. 2. cons. 25.* *mia.*
n. II. etiam tanquam synonymo utitur vocabulo **Widumsnieß** / qua ta-
men appellatione potius effectus vidui sive juris viduitatis, quam ipsum Jus
indicari videtur. **Fruitio enim, die Nießung** / est effectus juris constituti,
viduum autem est vocabulum juris, & ipsum utendi fruendi jus denotans.

5. Sequitur Paronymia: Ab hac autem voce inflexa reperiuntur vo- *Paronymia*
cabula **Widdemen & Verwiddemen**. *Stratr. sub Rubr. von Widdemen.*
art. Ist das wey. ibi: vnd widemet der Mann der Frawen/ Et in art:
qui incipit Seind aber Matten verwidemet. Et art. seind aber Reben
verwidemet. Et passim, Vbi widemen & verwidemen nihil aliud de-
notat, quam vidui loco promittere, vel viduum constituere. Sic etiam inde
deducitur adjectivum illud **widumlich** / unde dicimus **widumliche Bes-**
hausung / widumliche Gerechtigkeit. Componuntur hinc quoq; voca-
bula **Widumsnießer / Widumsnuzung** & alia plura, quæ lubens hic præ-
tereo.

6. Nunc etiam aliquid notandum est circa Homonymiam: Variæ *Homonymia*
enim vocabuli huius occurrunt significationes: cum primis igitur laboran-
dum in hoc, ut eius verum usum, proprietatem & effectum intelligamus, ne
alias, hoc ignorato, ea quæ re ac effectu discrepant, imperitè confundamus.
Cohmann. d. cons. 50. n. 3. Et 4. cum Dd. ibid. alleg. Sumitur autem vi-
duum (1) aliquando pro quocunq; usufructu: Ita animadverti testatorem
quendam, qui nepotibus proprietatem, filix vero suæ, matri nepotum, usum-
fructum relinquere volebat, his verbis usum esse, **Ich begehre auch daß**
meine Tochter allein ihre legitimam vnd natürlichen Pflichttheil/ ses
doch titulo institutionis vnd ohne alle beschwärd oder condition, das
übrige aber nur widemweiß haben vnd mit ihrem Ehvogt die Zeit
währendes Ebstands genießen/ das Eigenthumb aber ihren Kindern
verfangen seyn soll. Quæ verba impropriissime pro quocunq; usufructu
posita esse postea docuit Vir Celeberrimus in eadem causa consultus: (2) in-
terdum continetur hac appellatione omne id, quod mortuo marito debetur
viduæ ratione matrimonij, adeo ut etiam dotem comprehendat, sicuti nota-
tur in *Consil. Argent. Vol. 1. cons. 46. n. 5.* (3) interdum denotat dotalium:
id quod frequentissimum est in Iure Saxonico: Ita & *Tubingenses* apud *Si-*
mon. Pistor. Vol. 1. cons. 20. **Leibgeding / Widumvermachtnuß / Leib-**
Gutt / pro Synonymis habent, & *Facultas Iuridica Ingolstädensis in consilio*
quod habetur apud Simon. Pistor. d. lo. ea tanquam æquipollentia agnoscit,
cum tamen dotalium & viduum longe differant, prout constat ex iis, quæ
habentur *infr. inter affines*: (4) Interdum idem significat quod donatio
propter nuptias, in quo sensu viduum aliquando sumi constat ex notatis in
Consil. Argent. Vol. 1. cons. 46. n. 5. (5) Quando proprie sumitur denotat
vel illam partem bonorum, quæ superstiti coniugi ex bonis defuncti ad dies
vitæ utendâ fruendâ assignatur. *C. A. tit. de jur. dot. l. 42. Stratr. sub*
rubr. von widemen/ art. qui incipit: Ist daß ein Wideme mit gemeis-
nem Gute wird gebawen. vel ipsum jus utendi fruendi. Stratr. d. lo.
art. Ist daß ein Mann oder Fraw. Et in hoc proprio sensu accipien-
dum in nostra hac disputatione, ubicunq; nominabitur viduum sive der
Widum.

Definitio.

7. Definitionem nominalem subsequitur iuxta methodum propositam definitio realis. Definiri autem viduum sive jus viduitatis potest hoc modo, ut dicamus: Viduum esse jus (a) utendi fruendi (b) conjugii superstiti (c) in (d) certa parte vel universis bonis (e) conjugis defuncti (f) competens.

(a) Dico esse jus: Coniunx enim cui viduum constitutum est, usum fructum inde consequitur in alterius conjugis bonis, adeo ut etiam species quædam ususfructus dici mereatur; hunc autem, si consideretur respectu usufructuarii (secus enim esset si considerarem respectu proprietarii sive illius qui ususfructum debet. C. A. de usufr. d. 5.) per jus definiendum esse nemo est qui ambigat, pr. I. de usufr. l. 1. ff. eod. (b) Quamvis enim C. A. tit. de jur. dor. d. 42. doceat constitutione vidui non solum ususfructum, sed interdum etiam proprietatem & quidem plenissimo jure acquiri, id tamen repugnat quotidianæ observantiæ, unde, ceu optima docendi magistra animadvertimus viduo constituto nihil aliud quam ususfructum verum vel quasi transferri: & videtur omnino Author illius Disputationis inter se confudisse viduum, & ea quæ interdum nullo viduo constituto loco vidui promittuntur. Quin enim aliquando à contrahentibus sponsalia invicem proprietatis certæ quantitatis in sponsalibus promittatur, extra omnem dubitationem est, sed quod hoc ipsum vidui nomine venire debeat nullatenus videtur, cum præsertim quotiescunque in pactis dotalibus viduum promissum esse legimus, vel ex clausula illa ordinaria, *dass solcher Widum als ein gemeiner rñet fälliger Widum solle gehalten werden* constet, nunquam contrahentes de proprietate aliqua plenissima transferenda cogitasse. Fac. huc etiam *Statut. sub Rubr. Mann und Weib mögen einander ihr Gut mit geben in eigenschaffts weise* ubi prohibentur quidem coniuges sibi invicem proprietatem bonorum suorum relinquere, viduum autem constituere eis permittitur. (c) Quamvis enim regulariter fere in sponsalibus viduum invicem promittatur, non tamen pura sed conditionalis est promissio, si sc. *superstes futurus sit*, quæ conditio vel expresse adjicitur, id quod sæpius accidit, vel certe tacite facta subintelligitur; In promissione autem conditionali tantum spes est debitum iri. S. 4. I. de V. O. deficiente igitur conditione deficit etiam obligatio. l. un. S. 2. C. 7. C. de caduc. toll. l. 1. r. pr. C. de instit. C. substit. l. 3. C. de condit. insert. (d) Merito dico viduum esse Ius in re: Cum enim sit species quædam ususfructus, omnino etiam ex his, quæ in jure de usufructu tradita reperiuntur, eius natura estimanda est. Ususfructus autem disertis verbis dicitur Ius in re in d. pr. I. de usufr. l. 2. ff. eod. (e) Pertinent hæc verba ad obiectum vidui, quod valde variat, prout vel sponsalia contrahentes inter se convenerint, vel conjugii ultimam voluntatem condenti placuerit, *Sed. quæ infra traduntur de obiecto d. 19.* (f) Regulariter enim competit demum exactio vidui, si morte matrimonium fuerit dissolutum, arg. l. 122. S. 4. in fin ff. de V. O. interdum tamen vivo etiam adhuc utroque coniugum competit, quando sc. alter ex iis civiliter mortuus est, *Sed. quæ habentur infra in Effectibus d. 32. n. 4.*

Divisio.

8. Restat adhuc ex præcognoscendis Divisio sive potius Distributio vidui: neque enim proprie loquendo, veræ sunt species. Distribuitur au-

tem. 1. viduum in duas partes, viduum antenuptiale & postnuptiale quæ
 communius dicuntur **Vorwidum** vnd **Nachwidum**. *Statr. d. lo. in art.*
Es mögen auch ibi: **es seye zu vorwideme oder nachwideme**. **Nach-**
widum dico qui demum constante matrimonio alteri conjugum ab altero
 constituitur, sive jam antea in sponsalibus aliquod viduum promissum sit, sive
 non sit. **Vorwidum** vero est, qui in ipsis statim sponsalibus reciproce pro-
 mittitur, & duas sub se continet species, nimirum viduum commune, den
gemeinen Widum / & viduum qualificatum, quod communiter (in articu-
 lis enim dicitur **Brantlauffs Widum**) appellatur **der Brantlauffs Wis-**
dum / quæ duæ species regulariter fere opponuntur in pactis dotalibus, quan-
 do solet à Notariis hæc clausula adjici. **Doch ist insonderheit abgerede**
vnd bedinget worden / das beederselts verordnete Widum mit nicks
ten vor Brantlauffs Widum zuhalten / sondern allein dem leztlebens
den sein geordneter Widum auffgericht / mit Nuz vnd Niessung as
ber / wie auch desselben Versangenschafft in allem dergestalt wie mit
gemeinen ruckfälligen vnd in stehender Ehe vernachten Widumen
gehalten werden soll. Differunt autem in eo quod quidem (1) si promissum fuerit ein **Brantlauffs Widum** debeat usufructus illi conjugum, qui superstes futurus est, proprietâs autem liberis, quam primum nati fuerint, illico afficiatur, quam tamen proprietatem liberi vivo adhuc utroque parentum distrahere nequeunt. *Statr. d. loc. art.* **Es mag kein Kind.** Viduum vero simplex **der gemeine Widum** retinet naturam usufructus, ut jus quidem utendi fruendi conjugii superstiti futuro, ex promissione debeat, promittens vero proprietatem retineat. Differunt (2) etiam in eo, quod si quidem promissum fuerit invicem ein **Brantlauffs Widum** / quod tunc si alter conjugum moriatur, ex utraq; parte (id est tam à conjugate superstiti defuncti heredibus, quam ab heredibus defuncti conjugii superstiti) viduum constituendum sit, **der Brantlauffs Widum** muß bey begübendem **Sall** ex utraque parte **auffgerichtet werden.** *fac. Statr. d. loc. art.* **Ist das ein Brantlauff berede würd.** In simplici vero & communi viduo constituitur tantum ab heredibus defuncti conjugii superstiti. Dividi quoque potest. 2. viduum, quod aliud sit in scripturam redactum, quæ vidua dicuntur, **verbrieffre Widum** / aliud non sit redactum in scripturam, & hæc sunt vidua, quæ dicuntur **Wideme die nicht verbriefft noch verschrieben seyn.** *Statr. d. lo. art.* **Ist das ein Mann oder Frau.** Atque hæc sunt quæ præcognoscenda existimabam.

9. Præmissa hac terminorum præcognitione recto ordine nunc subsequitur Cognitio ipsius rei. De viduo igitur sic agam, ut illud considerem & in se & in affinibus: Viduum in se consideranti occurrunt non solum Consentanea, sed & Dissentanea sive contraria: Consentanea quis absolvet si respiciat & ad causas & ad effectus. Causæ aliæ sunt Externæ, aliæ Internæ. Externas dico Efficientem & Finem. Sed priusquam Efficientem causam aggrediar, prius notandum, quæ sit causa impulsiva huius juris; apparet autem quod causa impulsiva sive *αγαπητική* constituenda sit amor & affectio conjugalis: Hinc etiam nata est solennis illa formula, quæ plerumque in den **Nachwidumen** à Notariis solet adjici: **wegen vielfältiger Ehlicher Lieb vnd Trew / so je eines dem andern in wehrendem Ehstand nicht allein bereits erzeigt vnd bewiesen / sondern auch künfftig biß an ein seeltes ges**

Uterior dispositio.

Causa impulsiva.

etho-
 ve jus
 as (a)
 rte vel
 usum-
 species
 etu usu-
 ve illius
 esse ne-
 A. tit.
 sed in-
 men re-
 animad-
 vel quali
 onfudisse
 ttuntur.
 tas certæ
 m est, sed
 n præfer-
 us, vel ex
 ßet fälli-
 entes de
 Statr.
 en in eis
 a proprie-
 permitti-
 iavicem
 superstes
 cidit, vel
 i tantum
 one defi-
 de instit.
 lus in re:
 uz in iur-
 tus autem
 Pertinent
 ia contra-
 denti pla-
 riter enim
 ssolutum.
 huc utroq;
 , Sed. qua
 Distributio
 buitur au-
 tem

ges End zuversichtlich erzeigen vnd beweisen würd/ so legiren / ver-
schaffen vnd ordnen zc. Quibus sane verbis ipsissima causa impulsiva signi-
ficatur.

Causa Effi-
ciens remo-
ta.

10. Cum itaque causas externas constituerim duas, Efficientem & Finem; prius agendum est de Efficiente, quam methodo consueta triplicem facio, remotam sc. propinquam & proximam: Et cum viduum species quaedam ususfructus sit, non dubito eius causam efficientem remotam constituere jus civile Romanorum: Cuius enim juris genus est, eiusdem quoque juris erunt species homogeneae sub illo genere contentae; ususfructum autem iuri civili adscribendum censeo, propter formam illam quam à jure civili accepit. Quamquam enim *C. A. tit. de usufr. 8. 7* doceat eum ad jus gentium referendum esse, addita hac ratione, quod si jure Gentium acquiri possit, necessario etiam juris Gentium futurus sit; potius tamen cum *Amplissimo atq; Consultissimo D. D. Tabore, Patrono atq; Praeceptore meo Generando in Q. ad C. A. d. lo.* distinguendum videtur inter ususfructum absolute considerata, & ususfructum qua talem, id est jure civili varie informatum, adeo ut etiam si jure Gentium quoque ususfructus quidam notus fuerit, quia tamen à jure civili certae ei forma data & varie informat⁹ est, merito iuri civili poti⁹ quàm juri gentium adscribatur, cum non tantum ea dicamus juris civilis esse, quae à jure civili inventa sunt, sicut est stipulatio; sed & quae jus civile informavit: atque hinc in *S. 2. de patr. potest. talis* potestas patria dicitur Juris civilis esse; Eadem igitur ratione talem ususfructum juris civilis dicere possumus: à cuius regulis, cum in utendo fruendo nullatenus recedat natura vidui, nondum animadverto, quid prohibeat, quo minus iuri civili tanquam causae remotae jus viduitatis adscribamus.

Causa Effi-
ciens pro-
pinqua.
Proxima.

11. Causa propinqua est tum promissio conjugum de viduo post mortem alterius constituendo, sibi invicem in sponsalibus, vel etiam postea constante matrimonio facta, tum ultima voluntas alterius conjugum testamento vel codicillis declarata. Causa proxima est ipsa vidui constitutio, die *Zufrichtung des Widuins*: Longe enim differunt promissio vidui, & eius constitutio in stricta sua significatione accepta (alias enim pactio- nibus quoque & stipulationibus ususfructus & servitutes constitui dicuntur. *S. 1. l. de usufr. S. ult. l. de servitut.*) cum promissio personam tantum obliget, prout eleganter monet *Vvesenb. in π. de servitut. n. 8*. Constituitur autem viduum per quasi traditionem, quae consistit in inductione & pacien- tia *l. 3. ff. de usufr. Vvesenb. in π. eod. n. 9*.

Finis.

12. Et haec haec hactenus de prima causa externa, nimirum Efficiente, nunc etiam brevissime altera causa, finalis sc. indigitanda potius quam expli- canda venit. Finem autem duplicem constituo, alium qui interveniat ex parte subiecti constituentis, & alium qui ex parte subiecti recipientis sive con- iugis cui constituitur. Ex parte subiecti constituentis occurrit remuneratio fidelitatis praestitae, vel quae praestitum iri speratur: Ex parte vero subiecti reci- pientis ille finis, ille scopus videtur praefixus esse, ut coniunx superstes faculta- tem consequatur tanto honestius sese exhibendi atque utilitatem suam pro- curandi *dasß das Letzlebende sich desselben zu seinem Nutzen / Vor- theil vnd Frommen gebrauchen möge*: Atque hi duo fines indicantur etiam illa Notariorum formula, qua in constitutione viduorum post nuptia- lium regulariter uti solent: *Damit nun hingegen mein geliebte Hauß- frau*

fray ein Zeichen meines danckbaren Gemüths/ auch die Mittel ehelichen Aufkommens desto mehr haben mag/ so verschaffe zc. Atque hac sufficient de causis externis.

13. Aggredior nunc causas internas juris viduitatis, quæ consistunt in materia & forma: Materia vel est subiectiva, vel obiectiva; Subiectum aliud constituens, aliud recipiens. Subiectum constituens distingui potest quod aliud constituat mediate, aliud immediate. Vbi ante omnia monendum, mecum dico subiectum mediate constituens intelligere eos, ex quorum promissione vel ultima voluntate viduum debetur; ita enim promissio illa dicitur causa mediata juris constituendi *ab Amplissimo atq; Consultissimo D. D. Tubore Patrone atq; Praeceptore meo numquam sine honoris cultu nominando in Comm. Ms. ad §. ult. I. de servitud. prad.* Subiectum vero immediate constituens, sunt ij, qui jus illud viduitatis ex promissione vel ultima voluntate debitum re ipsa constituunt. De personis mediate constituentibus tenenda est regula, quod cum sit res licita atque honesta, omnibus viduum promittere vel ultima voluntate relinquere liceat, qui non expressè reperiuntur prohibiti *arg. l. 12. ff. de iudic. l. 43. §. 1. de procur. c. 23. extra de sponsal.* Prohibentur autem aliqui simpliciter, aliqui secundum quid & certo modo: In numerum eorum qui simpliciter prohibentur vidua constituere, refero (1) omnes quibus interdictum est contrahere sponsalia: Viduum enim, cum promittatur in sponsalibus, is certe cui sponsalia contrahere interdictum est, etiam non tenebitur ex promissione vidui in sponsalibus facta: Accessorium enim corrui, si sublatum fuerit principale, dummodo utrobique eadem militet ratio. *l. 129. §. 1. l. 178. ubi Decius ff. de R. I. Ancharan. Consil. 394. n. 3. Surd. Consil. 318. n. 5.* Atque hinc *GoZadin. consil. 28. n. 27. & Roman. consil. 42. n. 3. Serf. secundo, citati à Barbosa in axiom. 4. n. 13. docent,* annullato contractu etiam hypothecam & omnia reliqua accessoria reddi nulla; cum igitur interveniens defectus qualitatis circa personas contrahentes sponsalia, ea faciat nullius momenti *l. 16. l. 15. ff. de sponsal.* nec accessoria sponsaliorum, inter quæ promissio quoque vidui, ullius momenti erunt. Recensentur autem hæ personæ prohibitæ in *C. A. de sponsal. d. 4. junct. d. 13. & seqq. de R. N.* quas ne ordine hic proponam, facit, quod exscribentis potius quam conscribentis munus subisse videri possem, si ea quæ à *C. A.* jam singulari cura collecta sunt, huc transferre conarer. Prohibentur etiam (2) hi qui nudum habent usumfructum sine proprietate: neque enim servitus servitutis esse potest *l. 1. ff. de us. & usufr. leg. C. A. de usufr. d. 10. fac. quod viduum promittatur demum in casum mortis, id est si alterius coniugum morte solutum fuerit matrimonium, quo tamen tempore jam aliquod usufructuarii jus esse desiit. §. 3. I. de usufr. Ususfructus enim personæ cohæret & cum persona extinguitur *l. 3. §. 3. quib. mod. usufr. amitt. l. 51. de usufr.* (3) Quibus bonis interdictum est; cum enim his omnis patrimonii deminutio sit adempta. *l. 10. ff. de curat. fur.* patet & vidui constitutionem iis interdictam esse, cum omnis ususfructus constitutio sit alienatio. *l. ult. C. de reb. alien. non alien. Castello. de usufr. c. 39. n. 5.* (4) Quibus non est testamenti factio. Neque enim inter vivos solum, sed & mortis causa per testamentum vel codicillos constituitur viduum, nullius autem momenti sunt tabulæ factæ ab eo, qui non habet testamenti factionem. *l. 19. ff. qui testam. fac. post.* cum in omni causa testamentaria prima sit quæstio, an is, qui testa-*

Qui Viduum constituere prohibentur simpliciter.

B

men-

mentum fecit, testamenti factionem habuerit. l. 4. ff. qui testam. fac. poss.
Personas autem quibus interdicta est testamenti factio recenset. C. A. 111.
Qui testam. fac. poss. d. 6. § seqq.

Secundum
quid.

14. Secundum quid & certo modo prohibentur constituere vidua, (1)
qui non sani sunt, nec integræ valetudinis, neq; enim iis omne viduum consti-
tuere interdictum; sed prohibentur tantum postnuptiale viduum constituere,
vid. Statr. d. lo. art. Ist daß zwey/ ubi hæc habentur, Ist daß zwey bey
einander sitzend/ vnd gewinnig Gutt handt/ das zu eigen vnd zu erbe
bracht/ vnd angelegt ist / vnd widemet der Mann der Frawen von
dem Gutt sein zwo Zehle/ vnd die Fraw dem Mann ihr Drittheile /
der Wideme solle stäte sein/ vnd gehalten werden als ein Nachwidem
me/ doch daß zc. Vnd daß auch solche gemächre gesundes Leibes
seient / reiten oder gehen mögen vngesährlich zc. Et quod omnino
circa hos ægrotantes distinguendum sit inter viduum ante: & postnuptiale,
vor vnd nachwidum constat ex alia Constitutione huius Reip. quæ habetur
in Statr. d. lo. art. Ein jeglich Mensch. Cum hæc juris nostri statuarii
dispositione convenientiam quandam habet jus Saxonicum, quo prohibetur
coniunx ægrotans alteri coniugi ultra 5. solidos donare. Carpzov. p. 2. constir.
12. defin. 11. Berlich. p. 2. Conclus. 14. n. 15. § seqq. Quanquam hanc disposi-
tionem juris Saxonici in defuetudinem abiisse, & tam firmos quam ægrotos
hodie in foro Saxonico libere donare posse ex usu atq; observantia probet.
Carpzov. d. lo. § p. 2. constir. 14. defin. 4. n. 3. Prohibentur etiam (2) Em-
phyteuticarii viduum constituere in re Emphyteuticaria sine voluntate do-
mini. vid. Statr. sub Rubr. von Widumen. art. Ist daß iemand
vnsrer Burger. Interest tamen an illa bona Emphyteuticaria sita sint intra
iurisdictionem huius Reip. an vero extra eam, prout notatur infra in causa
formali d. 21. n. 2. ubi plura vide. Atq; hæc sunt personæ viduum consti-
tuere prohibitz.

Qui possunt
constituere
vel Media-
re

15. E contra permissum est viduum constituere (1) Domino, qui
plenam habet proprietatem: iniquum enim esset ingenuis hominibus non li-
beram esse rerum suarum administrationem. l. 2. ff. si quis à par. man. sit.
cum nemini jus suum detrahi debeat. §. ult. l. de his qui sui vel alien. jur.
sunt. (2) Domino qui nudam habet proprietatem deducto usufructu. l. 72.
ff. de usufr. id quod obtinet spe consolidationis: Cum enim etiam ea, quæ in
rerum natura nondum existunt, legare liceat. l. 72. de leg. 1. quando sc. spe-
rantur futura esse l. 17. de leg. 3. Multò magis usufructus penes alium
existens, & cuius consolidationem cum proprietate non tam speramus,
quam indubitate existuram scimus. §. 1. vers. ne tamen l. de usufr. alteri
promitti poterit (3) Bonæ fidei possessori. C. A. de usufr. d. 10. Huic enim
tantundem præstat bona fides, quantum veritas. l. 136. ff. de R. I. (4) Etiam
extraneo loco alterius coniugum, arg. l. ult. C. de jur. dot. l. 33. ff. eod. l. 22.
pr. soluto matrim. (5) Omnibus qui recte contrahunt sponsalia, per ea
quæ tradita sunt in d. 13. (6) Quibus permissum est facere testamenta: His
enim lege XII. tabb. concessa est liberrima testandi facultas, ut sc. prout quisq;
legassit super pecunia tutelave rei suæ ita jus esse debeat. l. 120. de V. S. adeo-
ut nec testamentum jure factum principis rescritto rescindi debeat. l. 10. C.
de testam. Et quamvis statuto huius Reip. videatur quodammodo restricta
esse illa libertas testandi, dum coniugibus interdicitur, ne alter alteri proprie-
tatem bonorum suorum relinquere queat; id tamen stricte accipiendum Al-
beric.

beric. à Rosate de statutis lib. 1. Q. 2. n. 3. § 4. nec ad consequentias trahendum
est. l. 14. de LL. Nihil itaque impedit constitutio prohibitoria de proprie-
tate loquens, quo minus coniunx coniugi in testamento vidualem usumfru-
ctum in omnibus suis bonis vel certa eorum parte constituere possit: cum
praesertim in hoc ipso statuto prohibitorio disertis verbis permessa sit vidui
constitutio. *Statut. sub Rubr. Mann vnd Weib mögen einander ihr*
Gurt nit geben in eigenschafftsweiße. ibi: nitwent zu einem Widum.

16. Haecenus de subiecto mediate constituyente, sequitur nunc ut aga-
mus de subiecto immediate constituyente, quo nomine veniunt (1) liberi vel pa-
rentes coniugis defuncti, qui viduū promiserat; quibus tamen, siquidē defun-
ctus in universis bonis viduum constituerit, ante omnia legitima sua libera
ab omni onere praestanda est. *Nov. 18 c. 3.* Quod si vero in aliqua certa par-
te bonorum promissum vel relictum est viduum, prius divisio bonorum cum
iisdem ineunda, & tunc demum viduum constituendum est. *Statut. sub*
Rubr. von Widemen / art. Ist daß zwey. ibi: Doch daß ein solcher
Wideme nit gegeben werden soll / es sey dann ob EhreKinde da wes
rent / daß die vor bevögriget / vnd mit denen ein redliche Theilung
geschehen sey. (2) Alii quilibet heredes extranei: Etsi enim in hos non
transeant actiones pœnales ex maleficio defuncti l. 111. §. 1. de R. I. nisi vel
lis cum defuncto contestata fuerit. l. 164. de R. I. vel aliquid ad eos perve-
nerit. l. 44. d. t. Secus tamen est in contractibus, ubi ex facto defuncti, etiam
doloso. l. 157. §. 2. d. t. heredes eius tenentur. l. 121. §. 3. de V. O. Ratio ha-
betur in l. 2. §. 1. ff. eod. Quæcumq; igitur vidui loco defunctus promiserit, he-
res eius præstare tenebitur. *Statut. d. lo. art. Ist daß ein Brunlufft /*
ibi: stirbt er aber / so seind es seine Erben schuldig auffzurichten.
Pacta enim dotalia obligant etiam heredes. l. 44. §. 1. ff. Solutomatrīm.
Dummodo legitime atq; iure facta sint. *Klammer. in compend. jur. tit. 30.*
n. 3. Choppinus de moribus Paris. lib. 2. tit. 2. fol. 211. Multo autem magis
tenebuntur ad constituendum viduum ultima voluntate relictum; quippe
cum hoc casu heres non tam obligetur ex facto alieno, quam facto proprio,
quia hereditatem adeundo cum legatariis quasi contraxit. §. 5. l. de oblig. qua
quas. ex contr. (3) Fiscus si forsan mariti deportati, aut alias damnati bona
publicata sint: Sequitur enim fiscum æ alienum l. 11. ff. de jur. fisc. & cre-
ditoribus actiones suæ adversus fiscum salvæ sunt. l. 4. ff. de bon. damnat. l. 5.
C. eod. C. A. d. t. §. 7. n. 3. Exigit autem mulier viduum sibi in sponsalibus
promissum tanquam creditrix & ut æ alienum *Consil. Argent. Sol. 1. consil. 90.*
n. 4. § 5. Recte igitur actiones sibi competentes adversus fiscum intentabit;
adde ea quæ habentur *infr. §. 32. n. 4. §. 1.* (4) Creditores qui in alterius
coniugis obzæati bona mittuntur, *Constit. von ohngeerbtem außgehen /*
§. vnd nach erstattung solches Eydts: Dummodo vel creditores illi po-
steriores sint, vel si temporis prærogativa gaudent, mulier exigat viduum,
quod adhuc ex priore matrimonio ad secundum maritum attulit, ita enim
generalitas illius constitutionis restringenda est; nec enim mulier ratione
vidui sui à marito, cuius bona possidentur à creditoribus, promissi, antiquio-
ribus creditoribus hypothecariis præferenda est; id quod præiudicio confir-
mat. *Beuther. de jur. pralat. part. 2. c. 9.* adde quæ traduntur *infra in §. 39.*

17. Deniq; subiectum recipiens aliud iterum est, cui viduum pro-
mittitur, aliud cui constituitur. Promittunt enim coniuges viduum regula-
riter

Sel Imme-
diatè

Subjectum
recipiens

iter fere invicē, sive ex utraq; parte, adeo ut hoc respectu haud absurde uterq; conjugum possit dici subiectum recipiens: quanquam si respiciamus ad eventum promissionis, & subiectum, cui re ipsa constituendum est viduum, tantum coniunx superstes verum sit subiectum recipiens appellandum atq; definiendum. Veniunt autem hoc nomine omnes, quibus viduum legitime relictum vel promissum est, id est quibus viduum tum ab iis, quos supra docuimus viduum constituere posse, tum legitimo modo (id quod praesertim ob vidua postnuptialia ultima voluntate relicta moneo; inutile enim est legatum ex testamento vitioso *l. 6. pr. ad L. Corn. de fals.* cum imperfectum testamentum sine dubio nullum sit *§. 7. I. quib. mod. testam. infirm.*) fuerit constitutum, modo & illi, quibus constituitur non laborent aliquo vitio, puta quod vel sponsalia contrahere nequeant, de quibus *C. A. supra allegato loco.* vel incapaces sint, adeo ut iis aliquid testamento relinqui non possit: Legata enim iis relicta cum quibus non est testamenti factio, nullius momenti sunt. *§. 24. l. de legat. fac. l. 12. de jur. fisc. l. 17. pr. de pen. l. 3. de his qua pro non script. hab. C. A. de legat. §. 22.*

Objecti
qualitas.

18. Post Materiam subiectivam agendum, nunc de Obiectiva & animadvertendum ad obiecti tum Qualitatem tum Quantitatem. Quoad Qualitatem notari debet in genere, quod viduum constitui possit in omnibus bonis conjugis tam mobilibus. *Stattr. sub Rubr. von Widumen art. Es mögen auch* quam immobilibus. *Stattr. d. lo. art. Da ein Gut gewidmet wird/ it. art. Wird ein verwidmet Gut verliehen/ & passim, tam feudalibus quam allodialibus,* per ea quae passim traduntur de dotalitio, *vid. Schneide & ad tit. I. de heredit. qua ab intest. sub Rubr. de success. int. vir. & ux. §. 43. & seqq.* In specie vero viduum constitui potest (1) in bonis Emphyteuticariis. *Stattr. d. lo. art. Ist daß iemand vnser Bürger.* (2) in bonis censiticis. *Stattr. d. lo. art. Will aber.* (3) in arboribus. *Stattr. d. lo. art. Ist daß zwey Gemächte, ibi: Häuser oder Höffe/ & art. Da ein Gut, ibi: Weren es aber Häuser.* (4) in pratis. *Stattr. d. lo. art. Sind aber Matten.* (5) in vineis. *Stattr. d. lo. art. Sind aber Reben.* (6) in bonis alteri coniugi ab extraneo hypothecatis. *Stattr. d. lo. art. Ist daß jemand dem andern.* (7) in bonis retrovenditioni obnoxiiis *d. art.* Ex quo tamen notandum, quod si eiusmodi praedia hypothecata vel retrovenditioni obnoxia liberentur soluto debito, vel retro emanentur, quod tunc ex soluta pecunia alia bona comparanda & vidui loco habenda sint (8) in praediis alii sub annua pensione locatis. *Stattr. d. lo. art. Wird ein verwidmet Gut.* (9) in bonis constante matrimonio acquisitis. *Stattr. d. lo. art. Ist daß zwey bey einander.* (10) Non solum in praediis intra sed & extra Iurisdictionem huius Reip. sitis. *Stattr. d. lo. art. Welcher vnser Bürger.* (11) Non tantum in bonis quae in solidum propria, sed & quae cum aliis pro indiviso communia sunt. *d. art.* Possent alia addi ex quotidiano usu, si id nostrum institutum pateretur; quilibet, cui modo libet, ex observantia quotidiana, sine difficultate plura poterit adungere.

Objecti
quantitas.

19. Circa quantitatem obiecti notandum, eam in libera plane conjugum voluntate consistere: Sicut enim alias ususfructus constitui potest non tantum certae partis. *l. 43. ff. de usufr.* sed & omnium bonorum, *l. 37. ff. de us. & usufr. leg. C. A. de usufr. §. 19.* ita & viduum tam in universis bonis quam certa eorum parte constitui potest. Quod si tamen universorum bonorum viduum

viduum constituatur, interest, an coniuges illi liberos aut parentes habeant, vel certe adhuc liberi sperentur. His enim legitima sua libera relinquenda, nec ullo onere gravanda est. l. 32. l. 36. C. de in off. testam. Nov. 18. c. 3. Unde prudentes testatores (plerumque enim viduum omnium bonorum per ultimam voluntatem constituitur) conditionem illam adjiunt expressis verbis. **Meiner lieben Haußfrawen verschaffe ich den Genuß aller meiner zeitlichen Gütther die ich nach meinem Todt hinterlassen werde / es seye was es wolle / vnd habe Naitien wie es wolle / doch mit dieser Bedingung / daß meinen Kindern in alle weg ihre legitima frey vnd vorbehalten seyn solle.** Quod si in certa parte bonorum viduum constituitur, liberum quidem etiamnum est, quantacunque illa sit, in sponsalibus tamen regulariter fere servatur ea consuetudo, ut sponsa suo sponso vidui loco promittat dimidiam partem eius summæ, quæ sibi à sponso promissa est. **Wann der Hochzeitter verspricht 1000. fl. zu einem Widum / so verspricht die Hochzeiterin hingegen 500. fl.** quæ tamen pro libitu contrahentium sponsalia mutari possunt.

20. Pervenit hæcenus usq; ad formam juris viduitatis, de qua nunc ita agendum est, ut considerem & formam juris constituendi, & formam juris constituti: Juris constituendi forma distingui potest quod alia sit essentialis, alia accidentalis: Formam essentialem duplicem facio, generalem & specialem. Generalis formam in eo consistit, quod à coniuge viduum constituente id agendum sit, ut quæratur conjugii superstiti ususfructus in bonis ipsius constituentis, ita ut iis arbitrato boni viri uti frui liceat. Neq; enim de dominio transferendo, sed usufructu constituendo agendum est, quotiescunq; coniuges viduum constituere velint, *vid. d. 7. lit. b.* id vero sive expressis verbis fiat, sive tacite nihil interest. Inde sapius & fere regulariter in pactis dotalibus notari tantum solet, sponsum sponsæ viduum. *v. g. 1000. fl. Et hanc viceissim sponso 500. fl. promississe.* **Daß der Hochzeitter zu einem Widum 1000. fl. seiner Jungfraw Hochzeiterin / vnd sie hinffegen ihrem Herrn Bräutigam 500. fl. versprochen habe.** Sensus enim horum verborum ex quotidiano usu iis inditus docet id inter contrahentes sponsalia actum fuisse, ut tantum usufructus competat coniugi superstiti futuro; Vbi autem in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæstio. *l. 25. §. 1. de leg. 3. Surd. de aliment. tit. 2. Q. 2. n. 1. Et seqq.* Sufficit autem viduum in sponsalibus promissum esse, neque ad constitutionem vidui requiritur simul realis traditio. **Statt. sub Rubr. Von Widummen / art. welcher vnser Burgeribr: vnd darff die Gütther die also gewidmer werden nicht empfangen / vnd soll doch der Wideme stetthe seyn / nisi quod iam supra d. 11. monui ad ipsum jus in re acquirendum necessario requiri quasi traditionem.**

21. Post expositam formam generalem vidui constituendi, agendum nunc est de forma speciali, quæ sc. attendenda, si viduum constituatur (1) in bonis feudalibus: hoc enim casu requiritur ut accedat consensus domini ad constitutionem vidui, cum feudum irrequisito domino alienari non possit, & si alienatum fuerit, alienatio reddatur nulla, ut expresse cautum est *2. F. 55. pr. vid. Franciscus Curtius, Hieronymus Schurffius, Afflictus, Ludolphus Schraderus Et alij citati à Cothmann. Vol. 1. cons. 50. n. 89. Moz. 2. de feud. c. 9. n. 132.* Accedit quod nec vasallus de re feudali possit aliquid disponere post

Forma juris constituendi essentialis, quæ vel generalis

Vel Specialis.

mortem suam in præiudicium domini vel agnatorum ad quos feudum ipsum reverti & devolvi debet. 1. F. 8. pr. *Castillo de usufr. c. 39. n. 1. & aliquor seqq.* Neque tamen solius domini consensus sufficit, sed requiritur, ut vasallus qui in bonis feudalibus viduum constituere velit, consensum quoque agnatorum habeat, quia licet dominus vel maxime jus suum remiserit, agnatis minime obesse potest. *Hartmann. Pistor. lib. 1. Q. 4. n. 6. Et late Matth. Wesenb. p. 2. Conf. 77. Corhmann. lib. 1. conf. 50. n. 49. cum aliis ibid. citatis.* Et confirmat hanc sententiam præiudicio quodam summi Imperialis Dicasterii *Henric. Rosenthal. Synops. Feud. tom. 2. Conclus. 45. n. 3.* Sed an statim agnatus censendus sit consensum adhibuisse, si pacta dotalia subscripserit, dubium est: Verum omissis, brevitatis studio, aliorum opinionibus, videtur non tam subscriptio vel subsignatio quam mens & intentio scribentis vel subsignantis inspicienda esse; cum semper actus iudicandus sit à principali agentium intentione. *Hartm. Pistor. lib. 3. Q. 17. n. 2. Et seqq. Iob. Sandeus Decis. Frisicar. lib. 3. tit. 5. defin. 8.* Interest igitur an agnati illi subscripserint tantum ut testes, & tunc subscriptio nihil eis præiudicat, l. 34. §. 2. de leg. 2. l. 39. de pign. act. *Cujac. in Modest. lib. 4. Respons. ad l. 36. ff. de pign. act. Et l. 26. de pign. Et hypoth.* *Henr. Rosenthal. Synops. Feudal. tom. 2. Conclus. 45. n. 4.* Quod si vero subscripserint tanquam confirmantes promissionem vidui factam, & ut declararent consensum suum constitutioni illius vidui in rebus feudalibus adhibitum, utiq; præiudicium illis faciet subscriptio. Ita in simili docet *Amplissimus atque Consultissimus D. D. Tabor, Præceptor meus Venerandus in Qq. ad C. A. tit. Quod iussu b. 4. Q. 3. (2)* in bonis Emphyteuticariis; Quamquam enim in his bonis Emphyteuta jure civili usumfructum etiam in scio domino ita constituere possit, ut tuitioe Prætoris. l. 1. pr. *Quib. mod. usufr. amitt.* in præiudicium ipsius Emphyteutæ, sive quamdiu ipse possideat (non etiam præiudicium successorum vel Domini *Wesenb. in Comm. Cod. de usufr. n. 27.* sustineatur usumfructus, *Amplissimus D. D. Tabor in Qq. ad C. A. de usufr. b. 10. Q. 1.* secus tamen est ex statutis Inclytæ huius Reip. *Statr. sub Rubr. Von Widumen. art. Ist daß jemand vnser Burger* ubi indistincte prohibetur Emphyteuta in scio domino in bonis Emphyteuticariis viduum constituere, dummodo bona illa Emphyteuticaria sita sint intra jurisdictionem huius Reip. Verba articuli hæc sunt. *Ist daß jemand vnser Burger oder Bürgerin sein Guth wil Widemen/ daß Zinse gibt vnd Ehr/ schatz damit / daß gelegen ist in diesem Burgbann / das mag man nicht gewidmen/ dann mit eines Hoffherren Handel/ zc.* Dominus tamen horum bonorum Emphyteuticariorum non debet impedire constitutionem vidui, si laudemium ei solvatur. *d. art. ibi: Vnd soll es auch der Hoff/ herz nicht versagen / doch also daß man dem Hoffherzn seinen Ehr/ schatz soll geben nach der Marsahl als viel dann des Widemen ist.* Quod si vero bona hæc sita sint extra jurisdictionem nostræ Reip. non opus est scientia domini, sed etiam eo in scio viduum in eiusmodi bonis constitui poterit. *Statr. d. loc. art. Es mag auch ein jeglich Mensch ibi: Das Außwendig vnser Burgbanns ligt/ es sey eigen oder Erb/ Zoffig/ Zinsig oder bethig zc. (3)* In bonis eius cuius hereditatem speramus; in his enim non licet viduum constituere, nisi forte is, cuius hereditas speratur, voluntatem suam accommodaverit *arg. l. ult. C. de pact. cum qua sententia congruit Württembergisch Landrecht p. 2. sub Rubr. von Ehbereidungen*

vnd
Notari
Erbfal
ligen d
Beredu
cundum
22
hoc con
1. C. de u
falibus,
Widum
ptiale, ho
vel pure
viduarij
suspende
movere
deusorib
luffr (3)
vidui con
jugis bon
sprocher
gen vnd
seyn. S
tacita tan
3. (4) ve
ad atate
duitate p
Consil. 24
allicui rel
quod sub
tamdiu r
sub cond
ne non fa
C. A. de C
faciendo
ca caution
veat quis
l. fin. C. de
Ex statute
ut exactio
competan
figillo civ
vel simpl
consequa
proprietar
cidentaler
23
imponam



vnd Eheleuthen / quam constitutionem adducit Philipp Meister lib. 2. Notariatspiegels p. 2. sect. 6. tit. 2. Rubr. 3. his verbis. Aufzukunftigen Erbfall mag kein Eheleut oder Widerlag berecht werden / es verwilligen dann die Zehigen / davon der Fall geschehen möcht / in solche Beredung. Atq; hæc hæc hactenus de forma essentiali vidui constituendi, transcundum nunc ad formam accidentalem.

Forma accidentalis.

22. Et circa hanc formam accidentalem notandum est (1) quod viduum hoc constituarur vel inter vivos vel mortis causa per ultimam voluntatem. l. 1. C. de usufr. l. 37. ff. de us. C. usufr. leg. Si inter vivos, promittitur vel in sponsalibus, vel etiam postea constante matrimonio. Statr. sub Rubr. Von Widumen art. Ist daß zwey bey einander sitzend / illud viduum antenuptiale, hoc postnuptiale dixim⁹ supr. in §. 8. Quod si in testamento constituitur, vel pure heres adicitur, vel cum adiectione temporis, puta post mortem conjugis viduaris, quod tamen tempus institutioni heredis adiectum, institutionem non suspendere, sed tantum heredem a perceptione & commodo ususfructus remove docet. Gaal. 2. obs. 143. n. 2. 4. C. 5. (2) quod constituarur vel cum fideiussoribus vel sine fideiussoribus. Statr. d. loc. art. Ist das ein Bruns lauffr (3) vel cum expressa hypotheca, vel sine ea: Communius tamen est, ut vidui constitutioni subiciatur in pactis dotalibus hypotheca in omnibus conjugis bonis, Es soll auch je eines gegen dem andern seines versprochenen Widums auff allen seinen Saab vnd Güthern / rezisgen vnd künffrigen bester Form rechtens assecurirt vnd versichert seyn. Sed etsi non expresse fuerit adiecta hypotheca omnium bonorum, tacita tamen competit, sicut patet ex iis quæ habentur infr. inter Effectus. §. 32. (4) vel pure vel cum adiectione temporis, veluti donec liberi pervenerint ad ætatem legitimam. l. 37. ff. de us. C. usufr. leg. vel quandiu coniunx in viduitate permanferit, quale exemplum in dotalitio proponitur apud Wesenb. Consil. 249. in figurat casus. Et hæc formula legandi differt ab ea, quando alicui relictum quid est sub conditione si non nupserit. Hoc enim legatum quod sub eiusmodi conditione relinquitur conditionale, illud vero quod tamdiu relinquitur, quamdiu quis in viduitate permanferit, purum est, sed sub conditione resolvitur, adeoque licet ibi tanquam in legato sub conditione non faciendi relicto cautio de non nubendo præstanda Nov. 22. c. 43. 44. C. A. de C. C. D. §. 25. n. 9. (qua cautione Mucia conditiones illæ de non faciendo quasi impleri dicuntur. C. A. de C. C. D. §. 39. pr.) in hoc tamen casu ea cautio opus non est ad legatum purum consequendum, sed sufficit si caveat quis se legatum non deterioratum heredibus restitutum si iterum nubat. l. fin. C. de leg. (5) Vel scriptura interveniente vel sine ea vid. supr. §. 8. Dr. 2. Ex statuto vero Wormatiensi, quod allegat Philipp Meister d. lo. ad hoc ut exactioni dotis atque donationis propter nuptias in sponsalibus promissæ competant privilegia jure concessa, requiritur ut scriptura intervenerit, & ea sigillo civitatis vel 5. fide dignorum civium subsignatione munita fuerit. (6) vel simpliciter, vel alternative, ut sc. si liberi nascituri sint, viduum quis consequatur in his vel illis bonis; si vero nulli futuri sint liberi, vidui loco proprietatem certæ quantitatis habeat, sufficiant hæc circa formam accidentalem.

Forma juris constituti.

23. Atq; ut tandem aliquando tractationi de causis huius juris finem imponam, ultimo loco agendum est de forma vidui constituti, quæ est alia ex parte

parte

parte heredum viduum constituentium, & alia ex parte coniugis superstitis cui viduum constituitur. Ex parte heredum forma in eo consistit, quod sit servitus personalis, quæ coniugi superstiti debetur à bonis coniugis defuncti. *l. 1. ff. de servitut.* Circa formam consideratam ex parte coniugis superstitis, præmitto, quod quæ sit forma usufructus in iure civili tradita, eadem quoque sit forma vidui; ideoque cum *C. A. tit. de usufr. § 23* vidui constituti forma ponenda est in ipso iure personali, quod coniugi superstiti, cui viduum constitutum est, competit, & adeo cum persona cohæret, ut ab ea separari non possit. *l. 4. ff. de no. sat. l. 3. §. 3. Quib. mod. usufr. Angel. consil. 153. n. 2. Petr. August. Morla Empor. jur. part 1. tit. 6. ff. de servitut. q. 1. n. 5.* adde *Et alios citatos à Ioh. del. Castillo in tract. de usufr. c. 1. n. 4.* Neque huic sententiæ obstat, quod in *l. 3. si usufr. per.* dicitur dominium usufructus, dominium autem personæ non cohæreat: Resp. enim dominium usufructus dici *ἁναλογοῦσαν* duntaxat, & quod usufructus imitetur dominium in multis casibus, non quod etiam habeat perfectam dominii naturam & definitionem. *C. A. de usufr. §. 27. n. 2.* Ad quam responsionem comprobendam facit, quod ei opponitur possessio usufructus, id quod necessario de quasi possessione ipsius juris accipiendum est, cum res in corporales non possideantur. *l. 3. pr. ff. de A. vel A. P. l. 43. §. 1. de A. R. D. l. 4. §. 27. de usurpat. Et usucap. sed tantum quasi possidentur. l. ult. ff. de servitut. C. A. de A. vel A. P. §. 11. n. 1.* Sicut igitur improprie dicitur possessio usufructus ita & usufructus dominium. Forasan quoque dici potest, in hoc textu appellari dominos & dominium usufructus tantum quoad oppositionem eorum quibus ex causa fideicommissi usufructus constitutus est; Sicut enim ii qui iure Prætorio vocantur ad hereditatem, dicuntur bonorum possessores, cum contra hi qui iure civili hereditatem adeunt, heredes, id est, domini. *§. 6. in f. l. de hered. qual. Et diff. appellentur, ita & qui ex causa fideicommissi usufructum habent, cum iure civili non consequantur jus utendi fruendi. l. 29. de us. Et usufr. leg.* Sed tantum per tuitionem Prætoris consequantur jus possidendi, inde dicuntur usufructus possessores, in quorum oppositionem hi qui iure civili usufructum habent, possunt dici domini usufructus. *Cujac. in Iuliani lib. 7. digest. add. l. 3.* Atque hic tractationem de causis finio.

Effectus ex parte heredum qui sunt lucrativi Et vel primi.

24. Recto itaque ordine nunc subjicitur tractatio de Effectibus quos considerabo & ex parte heredum coniugis defuncti, siue eorum qui viduum constituunt & ex parte coniugis superstitis, cui viduum constituitur: Illos divido in effectus lucrativos siue commoda heredum, & effectus passivos, siue eorundem onera. Effectus lucrativi alii sunt primi alii orti. Inter effectus primos, qui ex ipso negotio absque ullo extraneo facto interveniente locum habent, refero (1) quod proprietas bonorum permaneat penes constituentes. *Grattr. sub Rubr. Von Widum. art. Da ein Guth gewidmet wird ibi: Klagen die darauff deren die Eigenschaft ist:* Ea enim natura est usufructus, quod non afficiatur proprietas: Et iure quidem veteri in den Brautlauffs Widumen acquirebatur liberis proprietas utriusque vidui promissi, non tantum eius quod coniugi superstiti re ipsa constituebatur in bonis coniugis defuncti, sed & eius quod coniunx superstes defuncto promiserat: Vnde quamvis ad secundas postea nuptias transvolaret, non poterat in iisdem bonis denuo viduum constituere, vel etiam testamento disponere, ut liberi secundi matrimonii unâ succederent cū liberis prioris ma-

trimo

erimonii in iis bonis, quorum proprietas ex promissione vidui in primo ma-
trimonio facta liberis jam affecta erat. *Consil. Argent. Vol. 2. conf. 19. n. 12. &*
consil. 23. n. 25. & seq. Secus tamen est in viduis communibus, utpote in qui-
bus non aliter proprietas afficitur liberis, quam si parentibus defunctis, sicut in
reliquis, ita & in his bonis succedant; proprietas vero eius vidui, quod à con-
juge superstite defuncto promissum erat, nullatenus afficitur, sed libera eius
administratio conjugii superstiti relinquitur. Sicut autem usufructuarius ju-
re civili usucapere nequit rem fructuariam. *l. 10. §. fin. de A. R. D.* ita nec vi-
duus vel vidua bona vidualia usucapere, nec longi temporis possessione adver-
sus heredes conjugis defuncti, rei vindicatione agentes, se tueri potest *Statr.*
de loc. art. Ist daß jemand ein Gut hat / Das ein wideme ist / wie
lang er das hält / Das soll ihm nicht schaden / dessen die Eigenschaft
ist noch seinen Erben an den Gütern / (2) quod si liberi parenti defun-
cto heredes existant, & viduum in univēsis defuncti bonis constitutum sit,
liceat iis legitimam suam detrahere: Ita enim diserte cautum est jure nostro
civilī in *No. 18. c. 3.* unde sumpta est *Auth. Novissime C. de inoff. testam.*
ne liberi usufructu legitimæ suæ defraudentur, sed parentes, sicut propieta-
tem, ita & usum fructum legitimæ liberis suis absq; ullo onere relinquere te-
neantur. *Joh. del Castillo. de usufr. c. 38. n. 8. cum Dd. ibid. allegatis Gail. 2.*
obs. 144. n. 1. (3) quod extraneis heredibus competat detractio Falcidiæ, si viduū
univēforū bonorū excedat dodrantis æstimationem. *l. 29. de usufr. Gail.*
2. Obs. 143. n. 5. & Obs. 144. n. 10. Finge, Titius reliquit uxori suæ usum fructum
vidualem omnium bonorum: bona eius, cum ex iis redigerentur quotannis
fructuum nomine 10. æstimantur 100. ad rationem, ut dicitur, unius pro 20.
Dodrans igitur bonorum est 150. Usus fructus autem, siquidem relictus
fuerit sexagenariæ (æstimatio enim usus fructus juxta *l. 68. ff. ad L. Falcid.* in-
eunda est secundū numerū annorū) æstimatur 50. facta computatione anno-
rum 5. Quod si relictus sit agenti ætatem 45. annorū, usus fructus æstima-
tur 150. facta computatione 15. annorū, qui ætati viduæ defunt ad annum
60. His itaque casibus, quia viduum omnium bonorum non excedit dodran-
tem, Falcidiam non patitur: Sed si relinquatur quadragenariæ, 200. æstima-
tur, atq; ita absunt bona, & locus est Falcidiæ. *Cujac. in exposit. No. 18.*

25. Haftenus de Effectibus primis: Effectus ortos nuncupo, qui na-
scuntur non immediate ex ipsa vidui constitutione, sed quos adhuc aliud ali-
quod factum antecedit, unde ceu à causā proxima oriuntur; intelligo autem
tum actiones heredibus competentes, tum exceptiones; Actiones heredi-
bus competentes vel sunt possessoriæ, vel petitoriæ. Quoad judicia posses-
soria, interest an viduarius tantum turbetur, vel etiam dejiciatur de quasi
possessione juris sui; an vero heredes conjugis defuncti in vera sua possessione
bonorum turbentur vel etiam de eadem dejiciantur; Illo casu soli viduario
competent judicia possessoria; hoc casu heredibus conjugis defuncti, *Vid.*
Amplissimus atq; Consultissimus D. D. Biccus Patronus atq; Præceptor meus
Venerandus in Comm. ad l. 3. §. 5. de A. Vel A. P. part. 1. §. 110. ita quidem
ut quæcunq; remedia possessoria illis competerent, si plena proprietate frue-
rentur, eadem quoq; hoc casu competant, cum abscedente etiam usufructu,
nihilominus iis vera adhuc possessio, sicuti viduario nuda tantum detentio ad-
scribenda est. *Vid. §. 30. n. 5.* Competit itaq; interdictum unde vi *l. l. §. 4. &*
9. de vi & vi arm. uti possidetis *l. 1. pr. §. 1. uti possid.* & omnia reliqua
inter-

Vel Ortis

C

interdicta, quæ veris possessoribus vel possessionem suam tuentur, vel ablatam restituunt. Nec tantum intentare poterunt interdicta hæc adversus quemlibet extraneum *arg. l. 1. §. 22. de vi & vi arm. §. 4. & §. 1. de interd. sed & ipsum viduarium, si bona vidualia sibi possidere incipiat, & heredes fundum ingredi volentes nolit admittere. arg. l. 12. l. 18. ff. de vi & vi arm. C. A. de A. vel A. P. §. 7. n. 6. ¶* Iudicia petitoria alia in rem sunt, alia in personam. In rem sunt, tum rei vindicatio, qua heredes, tanquam domini bonorum vidualium, adversus quoscunq; inique possidentes. *l. 9. ff. de R. V.* (ergo & ipsum viduarium finito usufructu bona vidualia adhuc detinentem) experiuntur; tum actio negatoria: Cum enim domino liceat hac actione agere adversus quemvis, cui non est jus utendi fruendi. *l. 5. ff. pr. se usufr. per.* etiam poterit eam intentare adversus viduarium finito usufructu, cum nullum amplius ei competat ius utendi fruendi; jus enim, quod antea competebat, interit. *l. 5. §. 2. l. 14. Quib. mod. usufr. amissum est. l. 17. l. 20. eod. extinctum l. 10. §. 1. eod. perit. l. 4. l. 7. eod.* Competit etiam stricto iure hæc actio negatoria adversus eum, cui viduarium jus suum oppigneravit, sed exceptione eliditur. *l. 11. §. 2. ff. de pign.* ¶ Actiones in personam heredibus competentes sunt (1) actio ex stipulatu, qua viduarium ex cautione sua tenetur, si non utatur fruatur boni viri arbitrato. *l. 1. §. 5. & t. r. usufr. quemadm. cas.* vel finito usufructu bona non restituat. *d. l. 1. pr. §. 6.* (2) Item condictio furtiva, qua possunt heredes experiri adversus furem, qui fructus maturos pendentes decerpserit vel defecuit: antequam enim fructus percipiuntur, in dominio proprietarii sunt, & eorum condictio ipsi tanquam domino competit. *l. 12. §. ult. de usufr. C. A. eod. §. 39. n. 6.* ¶ Sed an etiam heredibus competunt remedia, quæ instar actionis habent, veluti operis novi nuntiatio, & damni infecti stipulatio? Novum quidem opus eos nuntiare posse minus dubium est, cum unicuique domino concessa sit novi operis nuntiatio. *C. A. de O. N. §. 4. n. 3.* In stipulatione vero damni infecti, interest an heredes cautionem velint exigere ab extraneo vicinas ruinosas ædes habente; an vero ab ipso viduario ratione ædium usufructuariorum ruinosarum, cum forte heredes alias haberent ædes vicinas: Priore casu poterunt exigere cautionem. *l. 5. §. fin. de damn. inf. C. A. eod. §. 7. n. 3.* Posteriore casu possunt quidem à viduario exigere cautionem de vitio operis quod ædificat Viduarium, non tamen etiam de vitio ruinosarum ædium vidualium. *l. 18. §. 1. l. 20. d. t.* Ratio innuitur tum in *d. §. 2.* per particulam illativam *Ergo,* tum in *d. l. 20. vers. proprietarius deo.* quia sc. refectio ædium vidualium pertinet ad viduarium ex stipulatione, qua proprietario cautum est satis. *l. 9. §. 5. de damn. inf.* ut non sit necessaria cautio damni infecti. Nemo autem debet onerari supervacua cautione. *l. 14. §. 1. ut legat. nom. cas.* *Cujac. in Paul. lib. 48. ad Edict. ad d. l. 18. §. 2.* ¶ Deniq; quoad Exceptiones notandum, dari heredibus conjugis defuncti, si conveniantur actione ex stipulatu vel testamento ad viduum constituendum, exceptionem dilatoriam, neq; enim prius tenentur viduum constituere, quam cautio fuerit præstita. *l. 13. pr. de usufr. l. 1. §. 2. Usufruct. quemadm. cas.* *Socius. Rolandus. Cephalus. Guilj. & alij citati à Joh. del Castillo in tract. de usufr. c. 16. n. 5.*

Effectus ex parte heredum qui

26 Hactenus de commodis heredum viduum constituentium pro-
 instituti nostri ratione actum est; adeoque nunc transeundum ad effectus
 passivos, sive onera eorum: quorum alia sunt publica, alia privata. In publicis
 oneri-

oneribus, veluti sunt Stallgelder / contributionen, Schatzungen / aliud observandum circa tributa præterita, aliud circa futura. Futura enim tenetur præstare viduarius, der Widumsnießer / prout ex *infr.* dicendis apparebit. Præteritorum vero præstationem ad heredes conjugis defuncti pertinere testatur. *l. 39. §. 5. de leg. 1.* ideoq; viduarius pro solutione præteriti temporis valide & cum effectu conveniri nequit. Quamvis enim ex vi hypothecæ bonorum, possint exigere possessores ab his, qui huic muneri præfecti sunt. *l. 5. §. ult. de censib. l. 7. ff. de publican.* exacta tamen recuperantur ab heredibus: *Garf. de expens. c. 11. n. 50. & seq. Ioh. Baptista Costa de quota & rara, Q. 157. in fin. fol. 377. Alvar. Valasc. de jur. emphyt. Q. 17. n. 23. Klock. de contribut. c. 11. n. 127.* Prout & collectæ restituendæ sunt ei, cui evincitur possessio. *Bart. in l. debet. 27. in fin. ff. de A. dil. Edict.* Indemnis enim emptor discedere debet; ideo quoq; quod datum est nomine vectigalis repetitur. *d. l. 27. in fin.* Cum autem in hac Repub. observetur jus detractionis (sive der Abzug / Das ist 10. vom 100.) de bonis hereditariis, siquidem peregrini sint heredes, & eo loci domicilium habeant, quo idem jus detractionis viget, *vid. Constit. Wie den Frembden die Erbfäll auß dieser Statt gefolget werden sollen: de anno 1548. ult. Decembr.* inde subnata est dubitatio, siquidem peregrini sint heredes, viduarius vero civis huius Reip. cui incumbat onus præstandæ detractionis: Verum ea per Mandatum der Herren Sunffschen de anno 1625. 29. Julij. §. Die frembden ita decisa est, ut teneantur peregrini heredes onus hoc subire, & quidem statim post absolutam inventarii confectionem, non demum finito usufructu.

sunt passivi, & respiciunt vel onera publica

Vel Onera privata tum ratione extraneis

27. Sequitur ut videamus onera privata heredum, I. ratione cuiusvis extranei: huic enim heredes (1) obligantur ad interesse, si bona viduo affecta vendiderint pro liberis. *Statut. sub Rubr. Besserung des der ein bezschwärt verwidmet / oder Lehen / Gut für eigen verkauft /* (2) tenentur præstare cautionem de soli & de ædificii & de arborum vitio. *l. 9. §. 3. de damn. inf.* (atq; hoc est quod dicitur debere proprietarium in totum promittere *l. 10. d. r.*) non tamen satisfactionem præstant, sed nuda repromissione cavent. *d. §. 5.* Ratio est in *l. 7. pr. d. r.* Quamquam enim usufructus alienus sit, nihilominus tamen recte dicimus, totum prædium pertinere ad proprietarium *l. 25. de V. S.* Quod si vero heredes cessaverint repromittere exigenti cautionem, viduarius autem satis dederit, atq; ex stipulatione aliquid præstiterit, quod heredes ei refundere nolint, jus heredum ad eum transferetur. *l. 10. ff. de damn. inf. vel ut l. 2. ff. eod.* loquitur, in possessione fructuarius constituetur, non quidem (verba sunt Cujacii in *lib. 48. Paul. ad Edict. ad d. l. 10.*) ut *Gl. ait ex secundo decreto, quia primum & secundum decretum interponitur pro eo, cui cavendum fuit, hoc est certissimum, non pro eo qui cavere debet, sed extra ordinem hoc fit Prætoria potestate, contumacia proprietarij (id est heredum conjugis defuncti) plectenda causa; ita tamen ut si quid fructuarius ex stipulatione damni infecti præstiterit, antequam vicinus ex primo decreto mitteretur in possessionem, tum fructuarius (id est viduarius) id habeat, donec præstetur ei damnum sive æstimatio damni pro rata proprietarij, sive pro rata soli, id, inquam, habeat, quod vicinus haberet, si missus esset in possessionem nemine cavente damni infecti, id est ut in possessione soli fructuarius (sive viduarius) sit, ut solum retineat, non etiam habeat jure domini *d. l. 22. Si autem fructuarius (sive viduarius) missus**

*Sam Vicino in possessionem ex primo decreto satis dederit damni infecti, ces-
sante domino, (id est heredibus coniugis defuncti) & collapsis adibus, qua-
rum nomine satisdedit, ex stipulatione consentus, damnum vicino resarcie-
rit, antequam ex secundo decreto vicinus possidere iuberetur, ut tunc id ha-
beat fructuarius, donec dominus (id est heredes coniugis defuncti) pro rato
contulerit, quod vicinus haberet si ex secundo decreto possidere iussus esset; pu-
ta ut jus domini & possessoris ad fructuarium transferatur, domino de pos-
sessione deiecto. Quae est sententia Pauli in fir. h. l. 10. Haecenus Cuiacius.
Quod si vero tam viduarius quam heredes cessent cavere, vicinus mittetur in
possessionem, eiq; Praetorium pignus constituetur. d. l. 10. ac deinde si in con-
tumacia uterque perstiterint, iubebitur quoque ex secundo decreto posside-
re. vid. Cuiac. d. l. 10.*

*Tam ratio
ne vidua-
ry.*

28: II. Ratione viduarii heredes obligantur (1) ab initio usufructus
ut viduum à coniuge defuncto promissum, vel ultima voluntate relictum
constituant. *Statr. sub Rubr. Von Widumen art. Ist das ein
Brunlufft. ibi: stürbet er aber / so seynd es seine Erben schuli
dig auffzurichten* (2) durante usufructu. siquidem viduarius non poterit
cavere, & bona vidualia penes heredes hac conditione manserint, ut illi quot-
annis fructuario certam summam vel pecuniae vel fructuum exsolvant, tenen-
tur quotannis promissam praestare summam, arg. l. 6. §. 1. C. de secund. nupt.
Nov. 2. c. 4. Nov. 22. c. 45. etiam si bona illa, de quibus solvenda annua pensio,
deteriorata & multum depretiata fuerint; modo id culpa heredum factum
sit arg. l. 5. §. ult. Quib. mod. usufr. amitt. l. 38. de usufr. leg. Petr. Aug.
Morla Empor. jur. part. 1. tit. 10. Q. 1. n. 13. Pantschmann. lib. 1. Q. 5. n. 14.
& Q. 13. n. 12. Molina de iustit. & jure tom. 2. tract. 2. Disp. 495. n. 130.
Quod si enim malignitate vel iniuria temporum praedia illa depretiata fue-
rint, non tenentur haeredes ad integram pensionem annuam, sed liberabun-
tur, si praestiterint tantam, quantam redditus praediorum ferunt: si enim con-
ductori merces remittitur ob vim maiorem. l. 25. §. 6. ff. Loc. Cond. l. 8. C. eod.
c. 3. extr. eod. ibique Dd. Köppen 2. obser. 49. Hieronymus de Casallós tom. 1.
Comm. opin. Q. 57. Speckhan. Cent. 3. Class. 1. Q. 22. multo magis remittenda
erit heredibus annua pensio, cum conductoris persona obligata sit locatori ad
annuam mercedem solvendam, non ipsa praedia conducta, adeoq; ab eodem
annua merces exigatur ratione propriae obligationis, non ratione percepto-
rum fructuum: id quod secus est in Viduario, huic enim tantum competit jus
bonis utendi fruendi (& horum bonorum redditus tenentur heredes quotan-
nis coniugi viduario praestare, si ob non praestitam cautionem bona penes
ipsum permanserint.) at à praediis deterioratis eosdem exigere fructus,
eosdemque expectare proventus, quos quis percepit à bonis adhuc magni pre-
tiji existentibus, forsan esset hominis imprudentis (2) Tenentur quoque he-
redes fructuario, id exigenti, cavere damni infecti nomine de vitio soli l. 20.
de damn. inf. C. A. de Usufr. 3. 38. n. 4. (3) Finito usufructu, Q. An heredes Vi-
duarii meliorationes & impensas in bona fructuaria factas repetere possint?
Vbi ante omnia distinguendae sunt cum Deciano Vol. 5. cons. 43. n. 43. impen-
sae circa fructus, & quae sunt circa rem ipsam: Illas enim viduarius repetere
nequit arg. l. ult. ff. de impens. in rem dot. fact. Quoad has autem interest,
an sint impensae modicae vel magnae: Et cum modica refectio ad Viduarium
pertineat. l. 7. §. 2. de usufr. C. A. eod. l. 41. impensas modicas non poterit re-
petere.

petere:
cuius resti
nulla eius
vis, viduan
usufr. Gar
cessit culp
pensas qui
d. c. 11. n
tradunt,
cons. c. 57.
e. 57. n. 20
non sit Ga
fructuario
mutata. l.
(2) Utilita
heredum
est quod n
melioram
stituenda
ut domin
esse intell
in reficien
enim lice
ra consum
stimo non
detrimen
tit Castill
29.
nera here
tia, eaq;
vero resp
(1) interd
men/viv
bitionem
Rubr. V
redibus d
iis bonis,
de usufr.
(3) inter
art. Da
branten
hat das
cken. Q.
tum, sed
usufr.
quitur, c
rint, & r
jecta sit,
petere.

petere. In magnis autem impensis distinguendum est, an deterioratio, in cuius restitutionem impensæ factæ sunt, contigit ob culpam Viduarii, aut nulla eius culpa præcedente. Si præcesserit aliqua culpa, sive lata sit sive levis, viduarius non poterit repetere impensas etiam immodice factas, l. 65. ff. de usufr. Gars. de expensis. c. 11. n. 30. Molina lib. 1. c. 17. n. 6. Si vero nulla præcessit culpa, interest an illæ fuerint necessariae, utiles aut voluptuariae. Et impensas quidem necessarias repeti posse comm. tradunt. l. 7. C. de usufr. Gars. d. c. 11. n. 28. Ioh. del. Castillo de usufr. c. 33. n. 12. De utilibus idem quoque tradunt, Bart. ad l. cotem. 11. § fin. ff. de publican. Thom. Grammaticus in cons. civili. 133. n. 3. C. 4. Decian. vol. 5. Cons. 43. n. 54. Castillo de usufr. c. 57. n. 20. Id tamen eatenus intelligendum, dummodo (1) forma rei mutata non sit Guilielm. Redoum. de reb. Eccles. non alien. Q. 72. c. 10. in pr. Licet enim fructuario quidem meliorem facere rem fructuariam, forma tamen rei non mutata. l. 13. §. 4. ff. de usufr. C. A. eod. §. 26. n. 1. Castillo. de usufructu c. 25. n. 10. (2) Utilitas impensarum æstimetur non ex parte viduarii, sed proprietarii sive heredum coniugis defuncti. Gars. d. c. 11. n. 28. Vers. cum enim utilitas. Vnde est quod notat Garl. 2. Obs. 12. & ex eo Wehner. in obs. pract. Soc. Besserung/ melioramenta immodicè facta ohmõtthige vbermäßige Besserungē/ restituenda non esse, quia non dicuntur utiles impensæ, quæ tam magnæ sunt, ut dominus cogatur habere rem pro derelicta, sed in fraudem domini factæ esse intelliguntur. l. 25. de pign. act. l. 10. §. 1. de N. G. (3) impensæ factæ sint in reficiendo & reparando, non etiam aliquo novo opere faciendo. Neque enim licet fructuario novi quid facere l. 44. ff. de usufr. cum nec cœpta opera consummare possit l. 61. ff. d. t. Quoad impensas voluptuarias omnino existimo non dari Viduario repetitionem, sed licere tantum eas tollere, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt. arg. l. 39. §. 1. de H. P. l. 58. de R. V. Consentit Castillo d. c. 57. n. 20. cum Dd. ibid. allegatis.

29. III. Ratione ipsorum bonorum quoque occurrunt quædam genera heredibus viduum constituentibus, tanquam proprietariis, incumbentia, eaq; dividi possunt, quod alia sint, quæ respiciant ipsa bona vidualia, alia vero respiciant bona vidui nomine hypothecata. Quoad ipsa bona vidualia (1) interdicitur liberis ne proprietatem suam in den Brantlauffs Widem, vivo adhuc utroque parentum alienent, adeo ut quamvis contra prohibitionem facta fuerit alienatio, ea tamen nullius momenti sit, Statr. sub Rubr. Von Widemen art. Es mag sein Kind. (2) iisdem liberis vel heredibus defuncti coniugis quibuscunque aliis non licet servitutem imponere iis bonis, in quibus coniugi superstiti viduum constitutum est. l. 15. §. fin. ff. de usufr. nisi quando viduarii conditio non sit deterior. l. 16. d. t. C. A. eod. §. 46. (3) interitus casualis spectat ad hered. §. Köppen. 2. Obs. 48. n. 3. Statr. d. lo. art. Da ein Guth gewidmet würd. ibi: Werem es aber Häuser / vnd branten ab oder zergiengen / ohne des Wahrlose der den Widum hat / das ist man nicht schuldig auffzurichten. Zorer. in seinem Bedenzken. Q. 3. n. 85. fac. quod usufructuarius non tenetur præstare casum fortuitum, sed sufficit eum præstare diligentis patrisfamil. diligentiam. l. 65. pr. de usufr. Quoad bona vidui nomine hypothecata hoc proprietarium onus sequitur, quod siquidem coniuges in sponsalibus sibi invicem vidua promiserint, & maioris securitatis causa (sicut plerumque fieri solet) hypotheca adjecta sit, vel etiam sine expressa conventionione tacite coniugis bona hypothecata

Tum
Ratione
ipsorum bonorum.

cata fuerint, quod, inquam, eo casu bona hypothecata non aliter possint alienari, quam cum suo onere *l. 15. de pign. l. 12. C. de distract. pign.* Interest tamen an bona illa hypothecata, fuerint mobilia vel immobilia: ut immobilia quidem semper transeant cum sua causa; In mobilibus autem subdistingendum sit, an fuerint merces sive bona mercandi causa habita, vel non fuerint; hoc enim casu transeunt quidem cum suo onere, non etiam illo, nec licet coniugi cui viduum debetur, eas merces persequi, si fuerint venditæ. *l. 34. ff. de pignor. Schneide & Co. in Comment. ad §. fuerat l. de action. n. 34.*

*Effectus
lucratiui
ex parte vi-
duarii tum
primi qua-
tenus consi-
derantur
vel in per-
sona vidu-
arii.*

30. Atque hi sunt effectus vidui constituti ex parte heredum coniugis defuncti, qui viduum constituunt, trans eo nunc ad effectus ex parte coniugis superstitis, cui viduum constituitur, atque hos iterum divido in eos qui pertinent ad viduarii commodum & utilitatem, quos dico Effectus lucrati- vos, & eos qui respiciunt viduarii onera sive incommoda, quos supra nomi- navimus Effectus passivos sive onerosos. Illi ut supra ita hic distinguuntur in primos & ortos. Inter Effectus primos refero jura viduario quaesita, quæ hic considerantur tum in persona ipsius viduarii, tum in personis aliorum, quatenus sc. ad illos transferri queant. ¶ Ad effectus primos in persona vidu- arii consideratos pertinet (1) quod competat coniugi superstiti jus in re, domi- nio simile, ipsum sc. jus utendi fruendi formaliter sic dictum. *Statut. sub Rubr. Von Widumen. art. Ist daß zwey bey einander sitzend. ibi: Will dann die Frau ein solchen Widum niessen.* Merito autem hoc jus dominio simile appellatur, cum in *l. 76. §. 2. de leg. 2.* instar portionis do- minii habere, in *l. 33 §. 1. de usufr.* partis dominii effectum obtinere, & in *l. 4. ff. d. t.* pars dominii esse dicatur: Vbi quanquam Dd. valde sese torserint, qua- ratione usufructus pars dominii dici queat, optima tamen viderur interpre- ratio, quam tradidit *Amplissimus atque Consultissimus D. D. Tabor, Præcep- tor meus Venerandus in Qq. ad C. A. de usufr. d. 24.* ubi cum *Cujac. in Papin. lib. 18. quæst. ad l. 25. Quand. dies legat. C. C. A. d. d. 24.* docet, usum- fructum non esse dominii partem sive speciem aliquam, siquidem nulla ser- vitus sub dominio tanquam genere continetur; sed esse partem dominii ra- tione participationis & effectus. Cum enim participet de eius natura in mul- tis (plurimos casus collectos vid. in *C. A. d. d. 24.*) videtur habere respectum partis. Pro qua interpretatione facit, quod notat *Bachov. 1. D. 16. d. 1. lit. G.* dictum hoc fuisse maxime in comparatione aliarum servitutum; nam ut se- quentia *h. l. 4.* verba docent, usufructus etiam ex die potest constitui, quod non est in servitutibus reliquis. *l. 4. ff. de servitut.* Competit itaq; coniugi, post- quam ei viduum constitutum est, jus utendi fruendi; Debet autem (2) uti frui boni viri arbitrato. *l. 9. pr. §. 2. l. 13. §. 6. l. 15. §. 4. ff. de usufr.* Atque ita jus utendi fruendi concessum coniugi in bonis vidualibus nominatim restringi- tur in *Consil. Argent. vol. 2. Conf. 25. n. 11.* Quando autem dicatur boni viri arbitrato uti frui, vel non dicatur, petendum ex iis qui de usufructu ex pro- fesso tractarunt: nam instituti mei ratine non patitur iis nunc immorari; videatur interim *Gædd. ad l. 30. de V. S. Joh. del Castillo de usufr. c. 22. n. 6. & seqq.* Est (3) quoque jus coniugi superstiti interim dum fruitur coniugis de- functi ditione, juridico prædita imperio, electis Magistratibus eorumque of- ficialibus jurisdictionem mandare excolendam. *Joh. Andr. in not. ad Specu- lat. tit. de locat. conduct.* Magistratum enim qui juridica munia obeunt, nominatio censetur in fructu nobilis latifundii, & fructuario possessori com- petit

petit. *Bart. ad l. ult. ff. Solutio matrim. Panormir. ad c. cum Bertholdus extr. de re judic.* Sed heredes quoque coniugis defuncti tanquam proprietarii, cum fructuario suas adhibent partes iudiciorum officiorum institutioni, ut communibus lecti suffragiis magistratus officialesq; eorum, forensia acta gesta q; perpetuo salva procurent, atque heredes, tanquam proprietarii, iura sua facta tecta q; tueantur. Id quod *Benedict. in repetit. c. Raynutius. Verb. cetera bona. n. 33. de testam.* iudicatum ait à Senatu Tholosano anno 1479. Nam alioquin mortuo viduario, domini proprietatis, sive heredes qui viduum constituere in ea ditione, nihilo arctius colonis illis iudicis stare compellerentur, quam aliis conductoribus fundorum à Viduario locatorum. *l. 9. §. 1. ff. Loc. Cond.* Competit quoque (4) jus utendi servitutibus, quæ prædiis vidualibus jam acquisita sunt. *l. 2. §. 2. ff. servit. vindic. l. 15. §. 7. de usufr.* Nam novas servitutes viduarius acquirere nequit. *d. §. 7. Castillo de usufr. c. 35. n. 2.* Licet enim ei utendi fruendi gratia iter præstetur, vera tamen servitus non est, quia cum usufructu extinguitur. *d. l. 2. §. 2. C. A. de servitut. d. 64.* Non tamen Viduarius (5) possidere dicendus est, propter expressos juris textus in *l. 6. §. 2. de precar. l. 10. §. ult. de A. R. D. §. 4. Vers. Fructuarius vero l. per quas pers. cuique acquir. C. A. de usufr. d. 26. n. 5. Et in tit. de A. Vel A. P. d. 7. n. 5.* ubi quoque respondetur ad contraria. Monet etiam *C. A. ibid.* fieri posse aliquando, ut possideat Viduarius, cum scilicet dominus proprietatis ei possessionem cesserit. Sed nec (6) Viduarium relevat ab onere satis dandi jus utendi fruendi, quod ei competit in bonis immobilibus. *l. 5. §. 1. Vers. Eum vero ff. Qui satisd. cog. Castillo de usufr. c. 5. n. 17.* Atque hi sunt Effectus primi in persona ipsius Viduarii considerati.

31. Nunc veniunt considerandi illi Effectus primi, qui alios quoque quodammodo respiciunt, quatenus nimirum ad illos viduario jus suum transferre liceat; sunt autem modi alienandi alii homogenei, alii heterogenii: Illi vel sunt universales vel singulares. Ex modis autem universalibus unicus tantum aptus est ad transferendum jus illud usufructus conjugii superstiti, quæsitum, nimirum acquisitio per arrogationem: Quanquam enim iure veteri omni capitis deminutione extingueretur usufructus, Iustinianus tamen in *l. penult. §. ult. C. de usufr.* quoad minimam capitis deminutionem illud correxit, constituens ut minima capitis deminutione usufructus non extingueretur, sed patri arrogatori acquireretur. *§. 1. l. de acquis. per arrog.* ita tamen ut si filius arrogatus moriatur, etiam una usufructus extingatur. *d. l. pen. §. ult. Rittersh. in comm. Inst. ad d. §. 1.* Quod ad reliquos tres modos universales, puta hereditatis aditionem, bonorum possessionem, & libertatum conservandarum causa bonorum additionem, nullus idoneus est ad jus hoc transferendum, cum in iis agatur de successione in bona defuncti, usufructus autem morte finiatur. *§. 3. l. de usufr. l. 3. §. 3. Quib. mod. usuf.* adeoq; non transmittitur ad heredes. ¶ Circa modos alienandi singulares inspicienda erit tum quæstio An sit, tum quæstio Quale sit. Quoad quæstionem An sit (scilicet permissa alienatio juris viduitatis) constat ex disertis textibus posse conjugem superstitem, cui viduum constitutum est, usufructum (1) vendere. *§. 1. l. de us. Et habet. l. 12. §. 2. ff. de usufr.* cuilibet extraneo etiam invito domino *l. 67. d. r.* necnon ipsi domino proprietatis sive heredibus coniugis defuncti. *l. 29. pr. §. 1. Quib. mod. usuf. C. A. de usufr. d. 27. n. 4.* (2) locare *d. §. 1. l. de us. Et habet. l. 38. ff. de usufr.* & legato usufructu adium, contineri etiam locatio-

Vel in respectu ad alios.

cationem docet. *l. 13. C. de usufr.* Neq; domino proprietatis, siquidem viduarius usumfructum suum locare velit, prius offerendam esse ususfructus conductionem, necessarium existimo, quanquam ea sententia habeatur in *Consil. Argent. Sol. 2. Conf. 25. n. 11.* Nam 1. destituitur ea fundamento juris, cum nullibi hoc doceatur; 2. indistincte fructuario conceditur facultas locandi usumfructum, nec adstringitur proprietario magis quam alii locare in *l. 13. §. 2. ff. de usufr.* 3. Si licet invito domino usumfructum vendere. *l. 67. de usufr.* cur non & locare? 4. Carocius *intr. de locat. cond. tit. de usufr. n. 4.* allegatus in hanc sententiam in *d. conf.* nullam necessitatem docet, sed æquius tantum esse monet; Longe autem differunt necessitas juris & æquitatis ratio. Sed & æquitatem hanc ex cerebro Dd. natam, nec jure aliquo probari posse tradit *Castillo de usufr. c. 74. n. 11.* imo contra legem videtur, repugnat enim rationi juris in textu *l. 14. C. de contrah. empt. l. 32. C. de loc. cond. Fac. 5.* quod nec reliqui Dd. allegati in *Conf. Argent. d. lo.* loquantur in his terminis, prout clare demonstrat *Castillo d. c. n. 8. Et seqq.* adeoq; male ad probationem huius propositionis adducantur. Quin imo 6. nec Author illius Consilii hanc opinionem pro vera agnovisse videtur. Ita enim verba Consilii habent: **Es seynd etliche Rechts Lehrer auch der Meynung:** Vnde sat clare constat Authorem illius Consilii hanc sententiam in favorem Clientis sui allegasse potius quam approbasse. Quicquid sit, nondum certe video, qua ratione juris, necessitas illius oblationis probari fundariq; queat. (3) Gratis concedere. *d. §. 1. I. de us. Et habit. l. 12. §. 2. ff. de usufr.* Vbi tamen differentia quædam inter hunc & duos præcedentes modos notanda; Quod si enim gratis alicui fuerit concessus ususfructus, interest, an is cui à viduario donatus sit ususfructus, eo utatur vel etiam non utatur; hoc enim casu amittet viduarius jus suum viduitatis non utendo; At in venditione vel locatione nil interest, an emptor vel conductor eo utatur, nec ne, nihilo enim magis jus viduitatis non utendo amittetur, cum ipse viduarius videatur uti frui, quando pretio vel mercede conductionis utitur fruitur. *l. 38. Et seqq. ff. de usufr.* ¶ Et hæc de quæstione An sit, sequitur Quæstio quale sive qualis nam sit ea alienatio, & quale jus acquirens ille per hanc alienationem consequatur? Cui quæstioni jam satisfactum est, ab *Amplissimo atq; Consultissimo D. D. Tabore Patrono atq; Præceptore meo nunquam non venerando in Qq. ad C. A. de usufr. §. 27. n. 4.* nimirum non transferri ipsum jus personale utendi fruendi, quippe quod personæ viduarii cohæret & ab ea divelli nequit, sed tantum facultatem percipiendorum fructuum; quamdiu viduarius vivat, quæ responsio fundatur in *l. 66. ff. de jur. dot.* Nec obstat quod in *l. 8. §. ult. ff. de peric. Et comm. rei vend.* dicitur fructuarium extraneo jus utendi fruendi cedere posse: Vtiq; enim potest fructuarius jus aliquod vendere: alioquin singulis annis venditionem renovare teneretur: sed non tamen vendit jus aliquod personale & quod personam emptoris afficiat, sed tantum jus aliquod, ut *Bachov. 1. D. 16. §. 19. lit. B.* vocat, reale sive potius relativum aut jus percipiendarum commodatarum, quod semper cum reflexione & respectu ad personam usufructuarii considerandum est, & totum ex eiusdem persona estimatur. *Amplissimus D. D. Tabor. d. l. Et in Comm. Ms. ad §. 1. I. de us. Et habit.* Cum qua interpretatione consentit *Negusant. de pignor. p. 2. membr. 3. n. 9. Et seqq.* ¶ Per modos alienandi heterogeneos (ita enim merito vocantur arg. *l. ult. C. de reb. alien. non alien.*) intelligo (1) oppignerationem, qua

quæ an viduario quoque concessa sit, intelligitur, si ad sequentia attendatur membra: quod quidem 1. proprietatem oppignerare nequeat in præjudicium dominorum sive heredum coniugis defuncti, cum nemo plus juris ad alium transferre queat, quam ipse habet. *l. 54. ff. de R. I.* Sed nec 2. stricto jure jus suum viduitatis oppignerare potest, quia jus utendi fruendi cum persona cohæret, nec ab eadem recedere potest. Intelligitur tamen 3. ex æquitate translata utendi fruendi commoditas. *l. 11. §. 2. ff. de pignor. l. 15. eod.* cum fructus sit vel pignori dare licere. *l. ult. de usur. l. 72. de R. I.* Amplissimus D. D. Tabor in *Q. q. ad C. A. de usufr. d. 26.* Ea tamen oppignatio tamdiu tantum durabit, quamdiu durat ususfructus. Resoluto enim jure dantis resolvitur etiam jus accipientis. *l. 31. de pign. Balduin. de pignor. cap. 12. conclus. 6. vers. Discrimen est tamen notandum. Felician. de Solis in tract. de censib. lib. 2. c. 4. n. 4. circa fin. §. n. 5. Castillo de usufr. c. 70. n. 9. (2)* Servitutis impositionem, de qua, utrum sc. Viduario liceat imponere prædiis vidualibus servitutem aliquam, nemini dubitare permittitur, cum omni usufructuario adempta sit facultas imponendi servitutem prædiis fructuariis. *l. 13. §. 4. ff. de usufr. C. A. de servitut. d. 7.* Atq; hi sunt Effectus primi ex parte viduarii.

32. Absoluto tractatu de Effectibus primis, nunc videndum de Effectibus ortis sive remediis, quæ competunt coniugi, tum ad consequendum jus viduitatis, tum ad idem jus semel acquisitum conservandum. Ad jus viduitatis consequendum competunt, tum actiones, tum retentio: Quoad actiones notandum, quod alia iudicia sint possessoria, alia petitoria. Iudicium possessorium viduario competens est interdictum qs. Salvianum, quippe quod unicuique creditori hypothecario competit. *C. A. de Salviano interd. d. 5.* Quoad iudicia petitoria agitur ordinarie (sunt enim quoque adhuc alia quædam remedia extraordinaria, quibus præsertim viduum ultimavoluntate relictum peti potest, de quibus Köpp. 1. obs. 55. Hieron. de Casall. Q. 103. Visianus Decis. 464. Mynsing. cent. 5. obs. 61. Kirchoff. tom. 3. Consil. var. ICC. cons. 26. Q. 4. Rittershus. lib. 4. diff. jur. c. 6. §. can. cap. 5.) actionibus tum realibus tum personalibus. Sub appellatione actionum realium intelligo hypothecariam, quæ competit, sive promissum fuerit viduum inter vivos, propter hypothecam vel expressam vel etiam tacitam (nam tacitam quoque hypothecam competere ratione dotalitii vel vidui docent Besold. in thesaur. pract. Voc. Viduum §. sitz. Beuther. lib. 1. de jur. prelat. c. 36. Zorer in seinem Bedencken. Q. 3. n. 184. Fac. huc ea quæ tradit Negusant. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 47. & quod mulier vel maritus ratione vidui præferatur omnibus posterioribus creditoribus etiam hypothecariis. Constit. vom ohngeerbten aufgeben. §. Und nach erstarrung solches Eyds. Adde quæ de dotalitio scribunt Zorer d. lo. Ranchb. 1. Q. 30. n. 17. Wesenb. cons. 50. n. 27.) sive mortis causa relictum sit, cum omni legatario, ratione legati sibi relictæ competat actio hypothecaria in reliqua defuncti bona. *l. 1. C. Comm. de legat. §. 2. I. de legat. C. A. eod. tit. d. 55.* Rei autem vindicatio (quæ alias legatariis quoque competit per *dd. textus*) hic nullum reperit locum. Notabiliter enim in *d. l. 1. C. Comm. de leg.* hæc adjiciuntur verba: *quatenus eis liceat easdem res sive per quodcumque genus legati, sive per fideicommissum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione instituenda;* unde constat dari tantum rei vindicationem iis casibus, quando natura rei legatæ id admittit. At viduum, cum

Effectus lucrativi ortis sive remedia quæ competunt vel ad jus vidui consequendum, & sunt tum actiones vel reales.

D

lit jus

lit jus, adeoque res quaedam incorporalis. §. 1. l. de reb. corpor. & incorpor. vindicari nequit actione illa reali, quæ tantum datur ad vindicandas res corporales, nimirum rei vindicatione. C. A. de R. V. §. 31.

Vel Personales, quarum explicatur (1) causa Efficiens propinquam in hoc

33. Quoad actiones personales interest an viduum inter vivos promissum, an mortis causa relictum sit. Illo enim casu, cum plerumque vidua promitti soleant per stipulationem, actio ex stipulatu, hoc vero, actio ex testamento competit. De quibus actionibus nunc aliquid agendum est; Et generalia quidem earum principia, quatenus non tantum exactio vidui, sed & aliis quibuscunq; obligationibus verbalibus aut ex testamento natis inserviunt, prætereò; poterunt ea peti ex ipsis harum actionum sedibus. Sufficiat hac vice ea proponere, quæ faciunt ad jus viduitatis. Quod itaq; attinet causam Efficientem propinquam, animadvertendum ad causas, ex quibus detur exactio vidui, vel non detur; Ad hoc ut competat exactio vidui requiritur I. viduum aliquod promissum vel ultima voluntate relictum esse. Et si enim in jure Saxonico ab Electore Augusto p. 2. Constit. 44. pr. constitutum sit, teneri aliquando heredes conjugis defuncti viduæ dotalitium constituere, etiamsi vivente marito, de eo nihil plane conventum sit, id tamen singulare est: cum enim dotalitium debeatur in recompensationem dotis. Constit. Elect. Augusti p. 2. constit. 42. iniquum esset, viduam dotem perdere, nec tamen dotalitium consequi. Alias autem jure civili donationem propter nuptias non deberi nisi promissa fuerit, cum Gl. ad Auth. Dos data. C. de donat. propt. nupt. tenent. Afflict. in Decis. 242. n. 1. ubi tradit hanc sententiam communiter esse approbatam. Andr. de Fern. in c. 1. Qualiter ol. feud. alien. pot. Grammat. decis. 97. & Trentacinqu. lib. 3. Sur. resolut. tit. de matrim. resol. 3. n. 2. II. matrimonium fuisse consummatum: Et si enim Dd. valde inter se disputent, utrum sponsa necdum traducta domum vel carnaliter cognita, desponsata tamen per verba de præsentibus, loco veræ uxoris habenda sit, ita ut proinde atque legitima uxor potiat omnibus lucris nuptialibus vigore statutorum atque consuetudinum provincialium? prout videre licet apud Mynsing. cent. 6. obs. 78. Gasl. 2. obs. 80. adeo ut quæstionem hanc intricatam & Imperatoria decisione atq; pragmatica sanctione dignam appellet. Mynsing. d. lo. n. 4. Observantia tamen huius Reip. docet viduum exigi non posse, si sponsus vel sponsa moriatur, antequam festivitas nuptialis fuerit celebrata. Et huc fac. Statr. sub Rybr. Von Widumen 1 art. Ist daß ein Brunlufft. ibi: nach dem mahle so die zwey mit der Ehe zusammen kommen sind und das Bettbrett überschritten. Consil. Arg. Vol. 1. Conf. 46. n. 7. Idem quoq; testatur de jure Saxonico, Wirtembergico, & reliquis Germaniæ moribus Besold. in thesaur. pract. voce Bett. III. Mulierem, quæ sibi petit ab heredibus defuncti mariti viduum constitui, dotem in sponsalibus promissam realiter intulisse. Frustra enim ea vidua sibi postulat fidem servari, quæ fidem à se præstitam ipsa non servavit. c. frustra. 75. de R. I. in 6. l. cum proponas. 21. C. de pact. l. 54. §. 1. ff. loc. Cond. Et regula generalis est, quod nemo frangenti fidem, fidem servare cogatur. Roland. à Valle Vol. 1. conf. 57. n. 20. Trentacinqu. lib. 3. Resolut. tit. de V. O. resol. 2. Ruin. lib. 5. conf. 136. n. 6. Roman. conf. 244. n. 2. Quæ regula vel maxime in contractibus ultro citroq; obligatoriis & transactionibus locum obtinet, quia eis inest tacita conditio servandi, si per alteram partem servantur; item quia regulariter contractus non potest claudicare, ut tu non serves & ego servare cogar. Paul. de Castro lib. 1. conf.

conf. 413
non imp
Regular
Widun
ein ver
verwid
tur, alte
trimon
adulteri
No. 117
Reip. Y
non sit
yepud. 8.
exigi; ve
tur l. 31.
de bon.
tutum.
n. 82. ca
magis ig
bannum
& seqq
tus est.
Auth. I
nacioni
maritu
ibi Dd.
91. n. 6.
Nec tan
res jam
Vom c
Quo ca
societ
el. vidu
iisdem
ibi: D
dann c
n. 4. E
sunt
certe
rempt
n. 3.

conf. 413. At fides non tantum dicitur frangi contraria faciendo, sed etiam non implendo promissa. *Decius in d. l. cum proponas 21. C. de pact. IV.* Regulariter requiritur matrimonium solutum esse. *Starr. sub Rubr. von Widumen/ art.* Ist daß zwey bey einander sitzen; *Et d. lo. art.* Wird ein verwidener Gurt verliehen; *Et d. lo. art.* Sind aber Matten verwidener. ubi ad hoc exactio vidui locus sit semper præsupponitur, alterum ex coniugibus esse mortuum; fac. etiam *t. t. ff. C. Soluta matrimonio.* Nihil autem interest morte solutum sit matrimonium, an propter adulterium aut malitiosam desertionem vinculum coniugii sit rescissum *arg. Nov. 117. c. 8. §. 2. Nov. 134. c. 10. Hartman. Pastor. obs. 15. Sid. const. huius Reip.* Von Theilung der ehbrüchigen Güter: dummodo divortium non sit factum culpa illius coniugis, qui viduum exigit. *C. A. de divor. Et repud. 8. 17.* Interdum tamen constante etiamnum matrimonio viduum potest exigi; velut (1) si mariti deportati vel alias damnati bona in fiscum rediguntur *l. 31. pr. ff. Soluta matrim. l. 1. C. de repud. Auth. Bona damnatorum C. de bon. damnat.* dummodo ab innoxio adhuc marito viduum fuerit constitutum. *l. 9. C. de bon. damnat. Sid. Peregr. in tract. de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 82. cum Dd. ibid. allegatis.* Ratio habetur *in l. 65. §. 12. ff. pro soc.* Multo magis igitur competet vidui exactio mulieri, cuius maritus proscripserit sive in bannum Imperii declaratus est. *Socin. jun. vol. 2. Conf. 55. Gail. 2. Obs. 86. n. 9. Et seqq.* Cum ex opinione Dd. ea recte dicatur vidua, cuius maritus bannitus est. *Gail. 1. obs. 1. n. 44.* (2) Si maritus vergat ad inopiam *arg. l. 29. Et Auth. Donationem. C. de iur. dot.* Nam quoad exactioem dotis atq; donationis propter nuptias à pari procedunt matrimonium esse dissolutum, vel maritum constante matrimonio ad inopiam vergere. *l. si constante. 24. Et ibi Dd. ff. soluta matrim. d. l. 29. Gail. 2. obs. 83. n. 2. Obs. 86. n. 13. Et obs. 91. n. 6.* Ergo & quoad viduum, quippe quod iure illius donationis censetur. Nec tantum re adhuc integra licebit viduum exigere, sed & postquam creditores jam ex judiciali decreto immisionem in bona impetraverint. *Constit. Vom ohngeerbten außgehen. §. Vnd nach erstattung solches Lydts.* Quo casu maritus civiliter quodammodo mortuus censetur. *§. 7. Et 8. l. de societate. V.* Extantibus liberis non prius coniugi superstiti constituendum est viduum, quam si liberis tutores petiti & legitima bonorum divisio cum iisdem inita sit. *Starr. d. l. art.* Ist daß zwey bey einander sitzen: *ibi.* Doch daß ein solcher Wideme nit gegeben werden soll / es seye dann ob Ehre Kinde da werend / daß die vor bedögtiget / vnd mit des nun ein redliche Theilunge geschehen sey. VI. Competit quoque mulieri exactio vidui, etiamsi renuntiaverit bonis constante matrimonio acquisitis: *Wan gleich das Weib der theilbaren Verlassenschaft renuncirt, kan sie doch noch ihren Widum fordern. Sid. ante alleg. Constit. vom ohngeerbten außgehen.* Exigit enim promissum sibi viduum tanquam creditrix actione ex stipulatu non tanquam heres. *Consil. Arg. vol. 1. conf. 90. n. 4. Et 5.*

34. Sequuntur nunc causæ ex quibus non datur vidui exactio, quales sunt I. Si viduum non promissum, matrimonium non consummatum, vel certe nondum dissolutum, aut culpa eius coniugis, qui viduum exigit, diremptum sit. *Sid. d. preced.* II. Si dos non fuerit realiter illata *Sid. d. preced. n. 3.* Dummodo mulier fuerit in culpa; alias enim cessatio patris filia obesse

tum in
äq.

nō debet, per ea quæ in simili scribunt *Guido Papa Decis. 565. n. 5. vers. quarto quia. Boër. Decis. Burdegal. 22. n. 17.* III. Si clandestinæ fuerint nuptiæ; ex illegitimis enim nuptiis non datur exactio neq; dotis neq; donationis propter nuptias. §. 12. *I. de nupt.* Clandestinæ autem nuptiæ vel maxime ex jure municipali huius Reip. invisæ sunt atq; illegitimæ; adeo ut nondum consummatæ sententia Iudicis matrimonialis dirimendæ sint. *Constit. huius Reip. de anno 1565. 22. Octobr. Consil. Arg. Sol. 1. conf. 54. n. 57.* Quod si vero fuerint consummatæ, præter alias, ea quoq; pœna contrahentes tenet, quod reddantur incapaces hereditatis paternæ vel maternæ ex statuto huius Reip. allegato in *Consil. Argent. d. conf. 54. n. 12.* IV. Si ob impotentiam vel frigiditatem dissolvatur matrimonium. *Consil. Argent. Sol. 1. conf. 46. Q. 2. Gall. 2. Obs. 80. n. 12.* V. Notabiliter denique in statutis huius Reip. interdicatur, ne mulier stuprum passa ob deflorationem virginitatis viduum exigat. Verba Statuti hæc sunt: **Es soll hinfürter kein Fräwen Nam̄ kein Manns Nam̄ ansprecken vmb ein Wideme oder anders des seihen ihr zu geben / vmb daß ein solcher Manns Nam̄ einer Fräwen Nam̄ ihren Blumen vnd Magthumb genömen hätte / vnd welche Fräw das hierüber there / die soll bessern sehen Jahr von vnser Statte** Atq; hæc de Causâ Efficiente.

(2) Subiectum.

35. Quoad Subiectum aliud est Subiectum cui, aliud adversus quod. In Subiecto cui, sc. datur exactio vidui, obtinet generalis illa atque consueta regulâ, quod unicuiq; liceat viduum sibi constitutum exigere, qui non expresse reperitur prohibitus. *arg. l. 43. §. 1. ff. de procurat. l. 12. ff. de judic. c. 23. extra de sponsal.* Qui autem prohibeantur viduum exigere constat ex duabus *th. promissis*, quibus tamen adhuc addi poterunt duæ classes: (1) est eorū, qui exactioni vidui renuntiarunt; quilibet enim juri pro se introducto renunciare potest. *l. penult. C. de pact. de his vide plura infra in tract. de contrariis.* (2) Earum mulierum, quibus, mariti creditoribus in eius bona missis, denegatur beneficium cessionis: Neq; enim semper & indistincte conceditur uxori renunciare bonis constante matrimonio quæsitis; sed interdum unâ pro rato (id est tertia parte) tenetur ad solvendū creditoribus ratione debiti constante matrimonio cōtracti, nō admissa cessione: Cuiusmodi casus aliquot recensentur in *Constit. vom ohngeerbtē außgehen* veluti in *§. würde aber hernacher*. Si mulier contra præstitam fidem tempore conficiendi Inventarii quædam dolose occultaverit, vel alienaverit: item in *§. Were es auch*. Si se unâ cum marito creditoribus eius obligaverit, atq; bona sua hypothecaverit; item in *§. Vnd da sich erfinde*. Si mulieres (*notetur*) per luxum atq; superbiam suam maritum ad illas angustias & molem æris alieni deduxerint; it. in *§. Gleicher gestalt*. Si mulier non observaverit solennitates ad cessionem hanc ex allegata constitutione requisitas: Item in *§. Da sich aber*. Si fuerit uxor mercatrix: adde & alios casus ex quotidiana observantia notos. Atque hæc de Subiecto cui dicta sufficiant. De Subiecto adversus quod non opus est ut hic aliquid moneatur cum de eo sufficienter jam actum sit. *supr. in §. 16.* ne igitur cramben bis coctam proponere velle videat pergo ad objectum.

(3) Objectum, quod vel principale

36. In objecto sive quæstione, Ad quid dentur hæ actiones respiciendum est ad hæc, quæ veniunt in eas tum principaliter, tum accessorie. Principaliter hæ actiones tendunt ad id, ut actori jus viduitatis ex promissione vel ultima

ultima voluntate debitum re ipsa constituatur. Dispositio enim testatoris
uti lex servanda est, *Vicranus Decis. 265. Nicol. Everh. Sen. cons. 5. in pr.* præ-
sertim à liberis. *Petr. Wesenbec. Cons. 55. & Cons. seq. in pr.* Et honestam
libertatem pactorum dotalium oppugnare nefas est, cum præsertim nullum
fraudis commentum verisimile sit in futuro & ancipiti eventu. *arg. l. de fidei-*
commissio. 11. C. de transact. l. 1. C. d. pact. adeoque coniuges & eorum heredes
præcise tenentur stare pactis dotalibus. *Statr. sub Rubr. Von Widumen*
art. Wo ein Brunlustt geschicht / so soll man sterbe haben / von dem
Guthe zugeben was zu der Brunlustt beredwurd. Verum quid si obli-
gatio non sit pura sed alternativa, veluti si debeatur habitatio aut annua pensio
cui competit electio? Interest an viduum inter vivos promissum, an ultima
voluntate relictum sit: Illo casu, sicuti promissori ita & promissoris heredi-
bus (cum heres censeatur eadem persona esse cum promissore defuncto *Nov.*
48. præf. Joseph. Ludovico. conclus. 16.) competit electio, utrum præstare ma-
lint. *l. 10. §. fin. ff. de jur. dot. l. 34. §. 6. de contr. empt.* Quod si vero in testa-
mento relictum sit viduum, arbitrium eligendi pertinebit ad coniugem super-
stitem, sicut ad quemcunque alium legatarium. *l. 23. ff. de leg. 2. l. 10. ff. de us.*
§. usufr. leg. l. 34. §. 14. de leg. 1. nisi heredibus nominatim data sit electio
§. 22. l. de legat. ubi vid. Ampl. atq. Consultiss. D. D. Thaorem Praeceptorem meum
Venerandum in Comm. Ms. Köppen. 1. Obs. 148. Fachin. 1. Cons. 27. n. 48. & 49.
Accidit tamen interdum, ut minus consequatur coniunx superstes, quam ei
videatur in sponsalibus promissum; Quod si enim sponsalia fuerint habita, eo
tempore, quo pecunia depravata atque magni valoris existeret, tempore au-
tem constituendi vidui jam sit ponderosa atque devaluata, potius tempus vi-
dui promissi quam conditionis existentis inspiciendum est, id quod tum tex-
tibus tum rationibus Iuris firmatur, vid. *l. fin. §. 1. de leg. 2. l. 41. §. 4. de leg. 3.*
l. 34. §. 1. eod. l. 40. de aur. & arg. leg. c. 26. extr. de cens. fac. etiam ratio-
nes (1) quia in omnibus contractibus, pactis, promissionibus inspicienda est
mens & intentio contrahentium. *l. fin. & ibi Bald. C. quare pign. Gravetta*
consil. 561. At eos, qui tempore depravatae monetae contraxere sponsalia, co-
gitasse de alia, quam depravata moneta verisimile non est; cum intellectus
verborum prolatorum sumatur secundum tempus prolationis, non secundum
id quod postea contingit. *l. 69. ff. de contrah. empt. Besold. Vol. 2. Cons. 67. n.*
3. Nicol. Everh. Sen. Cons. 107. n. 4. (2) quia absurdum est viduum tempore au-
geri aut minui, cum tempus non sit modus augenda vel minuenda obligatio-
nis. *l. 44. §. 1. de V. O. Bald. in cons. pen. citatus à Besoldo. d. lo. n. 8.* (3) quia
etiam in Camera Imperiali receptum est tempus contractus inspiciendum
esse prout testantur. *Gasl. 2. Obs. 73. n. 3. Mynsing. centur. 4. Obs. 1.* Accedit
denique autoritas magni nominis Ictorum, qui in simili idem tradunt; quos
vid. citatos apud *Besold. d. lo. n. 15.*

37. Nomine accessoriorum hic maxime veniunt, tum fructus prædi-
orum vidualium, tum ædificia in prædiis vidualibus constante adhuc matrimo-
nio posita; Fructus intelligo tum naturales, tum civiles. In fructibus natu-
ralibus interest an adhuc sint pendentes vel percepti; percepti enim ante diem
obligationis venientem remanent penes heredes, nec debentur fructuario;
Pendentes vero cum pars fundi videantur. *l. 44. de R. V. Thoming. Decis. 3. n. 3.*
Köppen. Decis. 30. n. 4. sequuntur viduarium. *l. 27. pr. ff. de usufr. Corneus lib.*
4. Cons. 200. incip. ad eundem san. col. 3. Vers. Ex quo inferitur. Fac huc ea
D 3 qua

Vel accesso-
rium.

quæ tradunt *Aart. Pist. lib. 1. Q. 24. & Köppen. d. decis. 30.* Quoad fructus civiles, provenientes ex locati one prædiorum vidualium, distinguendum inter colonum proprie sic dictum, & colonum partiarium; Colonus proprie dictum appello, qui certa summa vel pecuniæ vel fructuum colit; Quod si colonus ille, qui prædia vidualia conduxit, nummis colat, & coniunxamoriatur postquam cessit jam dies pensionis, nach dem Ziel/ so der Zins versahlen ist / tunc referetur ea pensio inter bona constante matrimonio acquisita, adeoque ex consuetudine huius Reip. ita dividenda erit, ut duæ tertix partes penes maritum eiusque heredes, una vero penes uxorem atque ipsius heredes permaneat; si vero moriatur antequam cesserit dies, vor dem Ziel/ debetur Viduario. *Statr. sub Rubr. Von Widumen art. Was guts verwidmet ist.* Quod si certa quantitate fructuum colat, Wann er jährliche Gültentieffert / interest an coniunx mortuus sit ante diem beatæ Virginis juniorem, vor vnser Frauen Tag der jüngern (id est, ante 8. diem Septembris) vel post eum; Illo casu pensio hæc die jährliche Gültent præstanda est Viduario, hoc non item. *Statr. d. lo. art. Wird ein verwidmet Guth verliehen/ & art. Sind aber Watten verwidmet.* In colono partiaro, sicut antea in fructibus naturalibus, distinguendum est inter fructus adhuc pendentes, & jam perceptos, prout constat ex *Statr. d. lo. & in art. Sind aber Reben verwidmet.* Quoad ædificia in prædiis vidualibus posita constante adhuc matrimonio, tenendum pertinere quoque ad Viduarium usumfructum earum ædium, quamdiu durat jus viduitatis. *Statr. d. lo. art. Ist das zwey Gemächte.*

(4) *Forma.*

38. Sequitur nunc ut agamus de forma harum actionum, eaq; tum Theoreticâ tum practicâ; Quoad formam theoreticam sunt (1) personales *l. 1. C. Comm. de legat. §. 2. l. de legat. pr. l. de V. O. junct. §. 1. l. de act. (2) Civiles: Omnis enim actio quæ jure civili introducta est, civilis dicitur. §. 3. 4. l. de act. l. 14. de precar. C. A. de O. & A. 16. §. 3. At actio ex testamento. C. A. Qui testam. fac. poss. §. 5. & verborum obligationibus §. 9. l. de action. §. 1. l. de except. nata, jure civili introducta est per *dd. H.* Ideoque recte dicuntur civiles esse. Vnde sequitur (1) quod sint perpetuæ. *pr. l. de perpet. & temp. act. & (4) incerti; agitur enim ad jus viduitatis consequendum, jus autem incertum quid est. l. 75. §. 3. de V. O. l. 1. de condit. tritic. (5) rei persecutoria, quia oriuntur ex contractu vel quasi pr. l. de V. O. §. 5. l. de obligat. qua quas. ex contract. junct. §. 17. l. de action.* Nunc ad formam practicam, quæ consistit in probatione, quæ fit vel per legitimas probationes vel præsumptiones. Legitima probatio facienda est, vel per instrumenta, vel per testes. Ne autem huic quæstioni longius insistam; nec amplius quid hic addam facit, quod in statutis huius Reip. *d. lo. art. Ist das ein Mann oder Fraw.* hæc omnia accurate satis & juxta penitissimam jurisprudentiam sint deducta, adeo ut bene mereatur articulus ille integer hic referri: verba itaq; hæc sunt: *Ist das ein Mann oder Frawe zu Redt werdent gesetzt / eines nach des Andern Todte/ vmb ihren Widumen/ vnd die sie ansprechen/ sehend daß seye nit ein Widem / mag das / daß dann angesprochen ist erzeugen mit Brieffen/ den man glauben soll / oder mit erbarn Leuten / daß ihme das Guth gewidmet were / darumb es angesprochen ist / das soll es gemessen / mag es weder Brieffe noch Gezeugen haben / nennet es dann sein Saallenthe / vnd behebt zu Gott / daß die**

todt

todt sind/ oder daß es ihr nicht haben mag / ohne alle gefahrde / vnd
will es dann schwören / daß das Guth sein Widem sey / darumb es
angesprochen ist / so soll es sein genessen.

39. Denique Effectus, harum actionum est, quod teneantur here-
des viduum in sponsalibus promissum, vel ultima voluntate relictum re ipsa
constituere. Vnde nascitur illa dubitandi ratio, An competat coniugi su-
perstiti privilegium aliquod prælationis ante reliquos creditores anteriores
hypothecarios? Ita quidem videtur per *Constit. Vom ohngeerbren außs-
gehen. §. Vnd nach Erstattung.* vers. Jedoch mit der Bescheidenheit: ubi
tenentur creditores missi in bona coniugis defuncti indistincte coniugi
superstiti viduum suum concedere. Sed facit in contrarium (1) quod in *l.
asiduis C. Qui pot. in pign.* subveniatur tantum mulieribus, de damno vitan-
do, non etiam de lucro captando, sollicitis; Viduum autem est lucrum nu-
ptiale (2) quia alias unicuique liceret in fraudem creditorum viduum consti-
tuere, id quod omni iuri, & æquitati contrarium, cum etiam his qui lucrati-
vo titulo jam aliquid consecuti sunt, evincantur à creditoribus ea quæ acce-
pere, etiam si ignoraverint donantem esse obæratum, dummodo ob hoc ipsum
creditoribus fraudati sint. *l. 6. §. 11. §. 13. l. 17. §. 1. ff. Qua in fraud. credit.*
multo minus ergo tenebuntur creditores ea, quæ adhuc nondum alienata, sed
demum in fraudem eorum promissa sunt, præstare arg. *l. 156. §. 1. de R. I. l. 1.
§. 4. de superfic. fac. huc. l. 22. §. 5. vers. Licentia. C. de jur. deliber.* (3) quod
nec uxori competat privilegium prælationis, ratione donationis propter nu-
ptias, prout præter. *l. 12. §. 2. C. qui pot. in pign.* illud testantur *Berlich. 1.
Conclus. 45. n. 69. §. seqq. Hartmann. tit. 27. Obs. 18. Gail. 2. Obs. 92. n. 10.
Mynsing. centur. 5. Obs. 4 n. 4. Beuther. de jur. pralat. lib. 1. c. 36. Zorer. in sei-
nem Bedencken Q. 3. n. 273. §. seqq.* (4) quia repugnat quotidiana obser-
vantia huius Reip. Nunquam enim uxor ratione sui vidui præferetur ante-
rioribus creditoribus hypothecariis; Sufficiat hac vice præjudicium prolatum
à *Beuthero de jur. pralat. lib. 2. c. 9.* (5) Cum ex observantia huius Reip. mer-
cenarii etiam postponantur ratione mercedis suæ antiquioribus creditoribus
hypothecariis. *Beuther. lib. 1. de jur. pralat. c. 29.* multo minus præferetur
mulier ratione sui vidui, cum hoc ex titulo lucrativo, illud ex oneroso sit.
Quibus sane consideratis, præsertim, quia in dubio quælibet dispositio ita in-
terpretanda, ut æquitati & iuri communi quam maxime conveniat. *Mench.
de arbitr. jud. quest. lib. 1. q. 7. n. 18. 9. Consil. Argent. Sol. 2. Conf. 29. n. 10.* videtur
supra allegata constitutio non ita crude accipienda, sed juxta quotidianam
observantiam huius Reip. ita limitanda esse, si sc. creditores illi sint postero-
res; vel si quis urgeat generalitatem verborum, videtur ea haud absurde re-
stringi posse ad casum, quando mulier exigit viduum, quod ex priore matri-
monio ad secundum maritum attulit; non autem idem obtineat, si exigat
viduum à posteriore marito sibi promissum; idque videntur innuere verba.
Vnd ihren Widum / Ob sie Widum hat. Posterioribus certe creditori-
bus etiam hypothecariis præferetur exactio vidui antenuptialis; constat e-
nim ex iis quæ supra §. 32. tradita sunt, competere ratione vidui tacitam hy-
pothecam; notum autem est, quod non tantum in hypotheca expressa, sed &
tacita habeatur ratio temporis. *l. 12. §. 2. C. Qui pot. in pign. Berlich. 1. Conclus.
45. n. 72. Negusant. de pignor. part. 5. membr. 2. n. 10.* Atq; hæc hætenus de
actionibus ad viduum consequendum competentibus.

(5) Effectus.



Haftenus
de actioni-
bus ad vi-
duum con-
sequendum
competen-
tibus, se-
quitur nūc
retentio.

Remedia
viduario
competen-
tia ad tu-
endum jus
semel qua-
situm.

40. Dicitur est *supra* in d. 32. competere quoque coniugi superstiti
jus retentionis, ad consequendum suum viduum, id quod eatenus intelli-
gendum, quod post mortem alterius coniugis liceat coniugi superstiti tam-
diu insistere bonis coniugis defuncti, donec ei constituatur viduum *fac.* huc
ea quæ tradit *Berlich. 2. Conclus. 32.* Ratio est, quia hæc bona tacite sunt hypo-
thecata ob viduum promissum, coniunx igitur superstes bonis illis insistens
iure pignoris ea retinet, nec ab eis. detrudi potest priusquam viduum fuerit
constitutum. *arg. l. 9. §. 3. ff. de pign. act.* Cum enim etiam ob chirographa-
rium debitum pignus retineri possit *t. r. C. Etiam ob chirograph.* multo magis
pro iis debitis poterit retineri, pro quibus ipsum pignus obligatum est. *We-
senb. Consil. 333. n. 135. vid. in hanc sententiam cum pluribus Dd. ibi allega-
tis Consil. Argent. Sol. 1. Conf. 90. Q. 3.*

41. Postquam autem coniugi superstiti viduum jam constitutum est,
solicitus erit de iure suo conservando; ad hoc igitur competunt actiones &
exceptiones. Exceptio tuebitur eum, quamdiu in possessione constitutus est,
si adversus eum actio intentetur. *Statr. sub Rubr. Von Widumen. arr. 1.*
Ist das ein Mann oder ein Frau. Actiones hic intelligo tum eas quæ
proprie veniunt nomine actionis, tum quæ instar actionis habeant. Actio-
nes proprie sic dictæ aliæ sunt possessoria, aliæ petitoria. Iudicia possessoria vi-
duario competentia sunt (1) Interdictum uti possidetis. *l. A. uti possid. C. A.*
eod. d. 10. n. 2. Bocer. de jur. collect. c. 10. n. 24. Menoch. retinend. poss. remed.
3. n. 70. §. seqq. Castillo de usufr. c. 6. n. 33. (2) Interdictum unde vi *l. 3. §. 13.*
ff. l. 9. §. 1. l. 10. de vi §. si arm. Quamvis enim hoc interdictum detur tantum
ei, qui tunc cum deiceretur, possidebat. *l. 1. §. 23. d. 1. Viduarius autem non pos-
sideat. l. 10. §. ult. de A. R. D. l. 6. §. 2. de precar. adeoque ei etiam non videat-
ur competere interdictum hoc; singulariter tamen fructuario provisum est
Edicto, & peculiare est interdictum, quod datur fructuario; id quod neces-
sarium fuit a Prætoribus eidem dari. *d. l. 3. §. 13. cum alias non competiisset ei in-
terdictum unde vi. C. A. de A. vel A. P. d. 7. n. 6.* (3) De itinere actusq; priva-
to. *l. 2. §. ult. Si servit. vindic. C. A. de usufr. d. 38. n. 9.* (4) Quod vi aut
clam. *l. 6. Quib. mod. usufr. amitt. l. 22. pr. de aq. §. aq. plus. arc. C. A. d.*
lo. n. 10. (5) De arboribus cædendis *leg. 1. §. 4. de arbor. sed. C. A. d. lo. n. 11.*
& Iudicia petitoria alia sunt personalia, alia realia: Iudicia personalia
competunt Viduario, si v. g. ius suum locaverit, vendiderit, oppigneraverit
&c. Item competit actio furti tum directa. *l. 12. §. ult. de usufr. l. 35. de usur-
pat. tum noxalis l. 34. §. ult. de furt.* Prout & utilis *L. Aquilæ actio l. 17. §.*
fin. de usufr. Nec non utilis actio aquæ pluviz arcendæ *l. 22. pr. de aq. §. aq.*
plus. arc. Quoad iudicia realia competit Viduario actio confessoria adver-
sus quemcumque impediens quo minus iure suo uti possit, de qua actione
vid. tit. ff. Si usufr. pet. §. Dd. ibid. Anne competit etiam servitutum yin-
dicatio? Resp. suo nomine vindicare nequit. *l. 1. pr. si usufr. pet. domini ve-
ro nomine potest vindicare. l. un. §. 4. de remiss.* Idq; est quod indicatur in *d.*
§. 4. per verba secundum quod opus. no sum nunciare poterit. Nunciat enim
procuratorio nomine. *l. 1. §. ult. de N. O. N.* Quia tamen non opus habet
mandato, ideo aliquando absolutè dicitur fructuarius vindicare & nunciare
posse. & *Amplissimus atque Consultissimus D. D. Tabor in. Qq. ad C. A. Si usufr.*
pet. d. 10. Castillo in. tr. de usufr. c. 8. n. 20. Remedia instar actionis habentia,
quæ Viduario competunt, sunt (1) Novi operis nunciatio, Etsi enim suo
nomine nunciare nequeat Viduarius, recte tamen nunciabit nomine procura-
torio,*

torio, prout modo dictum ex l. 1. §. ult. de O. N. N. (2) damni infecti stipulatio, quippe cum Viduarius de damno infecto stipulari possit, non tantum ab extraneo. l. 7. §. 1. ff. de usufr. l. 13. §. 8. de damn. inf. sed etiam ab ipsis proprietariis sive heredibus coniugis defuncti, de vitio soli. l. 20. de damn. inf. non etiam de vitio ædium vidualium, etiamsi proprias vicinas habeat, cum ad eum pertineat resectio ædium vidualium. l. 18. §. 2. d. t. C. A. de damn. inf. d. 8. n. 16. Et si viduario stipulanti non caveatur de damno infecto, mittetur in possessionem, & finito etiã usufructu retinebit quod possidet l. 7. §. 1. ff. de usufr. C. A. eod. d. 38. n. 4.

42. Absolvimus hæcenus Comoda Viduarii, sequuntur nunc eiusdem onera, eaq; tum publica tum privata. Et omnia quidẽ onera publica, quæ præstantur à re & occasione rei, pertinere ad Viduarium constat ex l. 7. §. 2. de usufr. l. 27. §. 3. eod. l. 28. de usufr. leg. l. 39. §. 5. de leg. 1. l. 13. ff. de impens. in rem dot. fact. l. 7. ff. de publican. Eamq; sententiam Klock, in tr. de contribut. c. 11. n. 116. plurimis Dd. autoritatib⁹ adductis confirmat, quibus adhuc addi poterunt & ii, quos obiter animadverti eandem fovere sententiam. Hartm. Pistor. lib. 1. obs. 5. cum Dd. ibid. citatis Paul. Emul. de except. part. 2. tit. 4. except. 14. n. 26. & seqq. Fgidius Thomatus de muner. patrim. p. 487. n. 27. Bocer. de jur. collect. c. 10. n. 7. CaValcan. lib. 1. Decis. 44. n. 54. cum citatis ab eod. Tenetur autem fructuarius in tantum ad præstationem collectarum, ut ne quidem pacto contrarium possit effici. l. 42. ff. de pact. l. ult. C. sine censu. Bocer. d. lo. Cum itaq; viduarius teneatur quoq; de bonis vidualibus censum publicum (das Stalls geld) præstare. Q. quantum Viduarius teneatur de bonis Vidualibus quotannis solvere? Decisum hoc est per mandatum der Herren Sunffzehen de anno 1625. 17. Augusti, quod vidualia bona, quorum proprietas spectat ad extraneos, pro parte dimidia, ea vero, quorum proprietas civis cuiusdam est, in solidum censenda, ac integer census pro iisdem solvendus sit. Quod si tamen tanta sit onerum publicorum quantitas, ut totus usufructus occupetur, & inutilis reddatur, interest, an tantum unius anni fructus absorbeat, an vero quotannis exhauriat quantitatem fructuum: Illo casu nihilominus usufructuarius obligatur ad præstationem collectarum; quam sententiam communem dicit Græß. lib. sentent. §. legatum. q. 37. n. 3. Paul. Emul. d. lo. n. 30. Quod si vero quotannis exhauriantur fruct⁹ collectis, tenetur quidẽ etiamnũ Viduari⁹, regressum vero habet adversus heredes. Vid. Klock. d. lo. n. 130. ubi plures in hanc sententiam adducit. Paul. Christin. Decis. Belgic. Vol. 1. decis. 250. n. 15.

43. Sequuntur Viduarii Onera privata, qualia sunt, quod teneatur (1) datis fideiussoribus. l. 4. C. de usufr. §. 2. l. eod. junct. l. 3. C. de V. S. l. 5. §. His illud. Vers. si idoneum. C. de secund. nupt. Köppen Decis. 33. n. 13. Hartm. Pistor. obs. 2. Marant. spec. jur. part. 6. membr. judicij. 8. n. 25. Castillo de usufr. c. 18. n. 6. cum pluribus. Dd. citatis. vel etiam ex jure novo pignoribus. C. A. usufr. quemadm. c. 6. d. 6. præstare cautionem usufructuariam t. t. ff. usufr. quemadm. c. 6. Köppen. 1. Obs. 83. Paul. Christin. Vol. 1. Decis. 250. Gabriel. in Comm. Conclus. lib. 4. tit. de usufr. conclus. 1. Castillo de usufr. c. 14. CaValcan. d. usufr. mul. rel. n. 88. 89. & 142. quam etiam cautionem ne testamento quidem remitti posse indistincte tradunt pleriq; Dd. Köpp. d. decis. 33. n. 9. Gravetta. Vol. 1. Cons. 187. n. 7. Gabriel. d. lo. n. 15. Gail 2. obs. 145. Castillo de usufructu c. 19. n. 9. & seqq. Rectius tamen distinguitur inter diversas species cautionum; Nam cautio civilis de qs. usufructu nullaten⁹ remitti potest. l. 1. C. de usuf. ita ut legatarius nõ possit agere ad consequendum qs. usumfructũ, nisi paratus sit præstare cautionem. Cautio enim hæc nominatim SC. iniuncta est. l. pen. de usufr. ear. rer.

Effectus onerosi, sive Viduarij onera tum publica

tum privata.

E Testa

Testator autem facere nequit, ne leges locum habeant in suo testamento. l. 55. de leg. 1. Cujac. in lib. 17. Qq. Papin. ad l. 8. ff. de usufr. ear. rer. Cautionis Prætorix de vero usufructu duæ quoq; partes sunt, altera de utendo fruendo boni viri arbitrato, altera de restituendo, si usufructus fuerit finitus. l. 1. pr. §. 6. usufr. quem adm. ca. 6. Hæc videtur à testatore remitti posse, cum nullum versetur præjudicium heredum; illa non item. l. 7. C. ut in possess. legat. Quod si tamen heres bona cum gratia, testatoris cautionem illam remittentis, voluntatem agnoverit, tunc utiq; remissio illa à testatore facta effectum suum consequetur. Heres enim cautionem hanc remittere potest. Wesenb. Conf. 91. Castillo. d. c. 15. n. 16. cum Dd. ibid. allegatis, nisi hoc fiat in præjudicium creditorum. Amplissimus atq; Consultiss. D. D. Tabor in Qq. ad C. A. usufr. quem adm. ca. 6. §. 7. Quod si vero viduarius ita pauper sit, vel etiam alia difficultas interveniat, ob quam fideiussorem invenire nequit, quid juris? In quatuor classes abeunt Dd. quorum opiniones recensent Köppen d. decis. 33. Merenda lib. 5. Controvers. c. 47. Castillo de usufr. c. 18. Tutissima mihi videtur, quam tradit Castillo d. c. 18. n. 21. Quorsum videtur propendere Merenda d. lo. n. 18. totum hoc arbitrio iudicis relinquendum esse, qui consideratis personarum qualitatibus, negotii circumstantiis, & quantitate patrimonii Viduarii, quid fieri debeat, inspiciet (2) Quod teneatur ad expensas requisitas. 1. ad refectioem atq; culturam bonorum vidualium. l. 7. §. fin. ff. l. 7. C. de usufr. l. 18. §. 2. de damn. inf. Stat. sub Rubr. von Widumen art. Da ein Gut gewidmet wird. nisi malit derelinquere usufructum. l. 64. ff. de usufr. (potest enim prohiberi uti frui si non reficiat l. 9. §. ult. de damn. infect.) dummodo modica sit refectio. l. 7. §. 2. ff. de usufr. alias enim id, quod ultra impendit, quam erogare debebat, repetet ab heredibus. d. l. 7. C. de usufr. vid. Wesenb. consil. 207. n. 73. Klock. de contribut. c. 10. sect. 1. n. 46. Quod si tamen dolus vel culpa viduarii præcesserit deteriorationem, in quam magnæ illæ impensæ factæ sunt, tum viduarium ad eas impensas teneri, inter omnes constare docet Köppen. 2. Obs. 48. n. 3. 2. ad alimentacione liberorum, siquidem viduum in omnibus defuncti bonis constitutum sit, nec legitimaliberorum sufficiat ad eorum alimenta, per ea quæ tradunt Hartm. tit. 37. obs. 4. Surdus de aliment. lib. 1. Q. 9. 3. ad expensas litis siquidem vel controversia sit de usufructu; quo casu, cum ad viduarium omne commodum litis pertineat, æquum est eum quoq; solum ferre onus expensarum. Vid. Pinell. Molin. Garf. citatos à Castillo de usufructu c. 55. n. 3. vel si de proprietate sit controversia, factæ sint modicæ expensæ. arg. l. 7. §. 2. ff. de usufr. Castillo d. lo. n. 4. ubi vid. plures citatos. (3) Quod teneatur cavere de damno infecto tum ipsis heredibus viduæ constitutentibus de operis vitio, si quid fructuarius ædificet. l. 20. de damn. inf. tum cuilibet extraneo vicinas ædes habenti de vitio ædium vidualium l. 9. §. 5. d. 1. Quod si vero cesset Viduarius cavere, proprietarius autem repromittat, tenetur Viduarius vicissim damni infecti de indemnitate cavere proprietario, qui repromisit, aut si jam aliquid ex ea stipulatione præstitum est, pro rata usufructus conferre, quod si facere cesset, poterit prohiberi uti frui à proprietario. l. 9. §. ult. d. 22. d. 1. Cujac. in Paul. lib. 48. ad Edict. ad l. 10. de damn. inf. (4) Vtrum Viduarius teneatur solvere æs alienum, super vacua est quæstio: Nam aut ultima voluntate relictum est viduum, ubi constat legatum illud usufructus non prius præstari quam deducto ære alieno. Cujac. ad l. 37. de us. §. usufr. Fachm. lib. 4. Controvers. jur. c. 19. Aut inter vivos promissum est viduum, & conjunx superstes ratione vidui promissi creditoris loco est. Absurde autem quis diceret plures creditores eiusdem debitoris à se invicem credita sua posse exigere.

44. Absolvi haec Consuetudinis viduitatis, sequuntur nunc

Contrarias.

Dissentanea, sive modi jus illud finiendi. Inter quos (1) occurrit Mors Viduarum: Ususfructum enim morte finiendi constat ex §. 3. l. de usufr. l. 3. §. 3. Quib. mod. usufr. l. 12. l. penult. C. de usufr. l. 5. de usufr. leg. Köppen. lib. 1. obs. 84. n. 1. Molina tom. 1. tract. 2. Disp. 9. n. 1. Castillo de usufr. c. 61. n. 3. Et quidem adeo finitur jus viduarum, ut nec fructus pendentes, etiam maturos, ad heredes suos transmittat, cum ei ad proprietarios pertineant. §. 37. l. de R. D. l. 13. pr. Quib. mod. usufr. amitt. l. 8. de ann. leg. Amplissimus. D. D. Tabor. in Qq. ad C. A. de usufr. d. 28. Thoming. Decis. 3. n. 3. Coler. Decis. 286. n. 109. Besold. Vol. 4. conf. 196. Consil. Altorff. 51. Schurff. cent. 3. conf. 40. Hartm. Pistor. 1. Q. 24. n. 16. Et seqq. Köppen. Decis. 30. n. 38. ubi tradit ab omnibus approbari hanc sententiam, excepto unico Cuiacio in tr. de feud lib. 4. tit. 30. tenentur tamen proprietarii heredibus viduarum impensas factas restituere per l. 7. pr. sol. matrim. l. 5. pr. F. E. Tiraguell. de retract. lign. §. 15. Gl. 1. n. 30. Et de retract. consent. §. 5. Gl. n. 10. Köpp. d. lo. n. 16. Besold. d. lo. Consil. Altorff. 51. (2) Capitis deminutio maxima & media §. 3. l. de usufr. Köppen. d. Obs. 84. n. 6. Molin. ad lo. n. 2. C. A. Quib. mod. usufr. amitt. d. 5. civiliter enim quodammodo moritur, qui capitis deminutionem patitur l. 63. §. ult. ff. pro soc. Minima autem capitis deminutione non extingui ususfructum jam sup. d. 31. ex l. pen. §. ult. C. de usufr. monuimus. (3) Interitus rei: Viduum enim sicut alius quilibet ususfructus, est jus in re, qua sublata & ipsum tolli necesse est pr. l. de usufr. l. 2. ff. eod. Köppen. d. Obs. n. 10. Molin. d. lo. n. 1. C. A. d. l. n. 13. (4) Non usus l. 38. Et seqq. de usufr. Quod si enim viduarius in re mobili triennio, re autem immobili 10. annis inter praesentes, vel 20. annis inter absentes non fuerit usus jure suo, illud perdet. l. pen. §. 1. C. de usufr. junct. pr. l. de usucap. C. A. Quib. mod. usufr. d. 8. Köppen. d. lo. n. 15. Molin. d. lo. n. 1. (5) Cessio, si cedat jus suum domino proprietatis d. §. 3. l. de usufr. l. 66. l. 78. pr. ff. de jur. dot. Ca. Valcan. de usufr. mul. rel. n. 66. Castillo. de usufr. c. 69. n. 19. Köppen. d. lo. n. 12. Cedendo autem extraneo nihil agitur: d. §. 3. scilicet ratione intentionis agentis & respectu cessionarii; accidit tamen ex ratione juris, & praeter intentionem agentium ut ususfructus ad proprietatem redeat & recurat. Bachov. 1. Disp. 16. d. 10. lit. A. Et cum eo Ampliss. D. D. Tabor. in Comm. Ms. ad d. §. 3. (6) Consolidatio d. §. 3. l. 27. Quib. mod. usufruct. amitt. Castillo de usufr. c. 71. n. 7. Molina d. lo. n. 1. C. A. quib. mod. usufr. amitt. d. 12. (7) Lapsus temporis, si ad certum tempus viduum constitutum sit; finito enim tempore finitur etiam ususfructus. l. 5. C. de usufr. C. A. eod. d. 17. Köppen. d. lo. n. 17. Castillo de usufr. c. 11. n. 14. veluti si viduum constitutum sit, donec liberi ad legitimam aetatem pervenerint. l. 37. ff. de usufr. leg. finietur illud, liberis ad legitimam aetatem pervenientibus. l. 12. C. de usufr. vel quamdiu in viduitate permanferit; finietur enim viduum coniuge superstitae ad secundas nuptias transvolante. Nov. 22. c. 32. Castillo de usufr. c. 62. n. 7. Wesenb. Consil. 333. n. 58. Et n. 105. (8) Deterioratio bonorum viduarum culpa Viduarum facta. Wesenb. Conf. 207. n. 70. Mandell. Conf. 55. Ca. Valcan. de usufr. mul. rel. n. 157. Christin. Vol. 1. Decis. 250. n. 18. per Auth. Qui rem. C. de SS. Eccles. modo sit deterioratio quaedam magna atq; notabilis Bach. ad Wes. Quib. mod. usufr. n. 8. Castill. de usufr. c. 26. n. 11. & res usufructuaria non commode divisionem recipiat. Frantzhus in w. Quib. mod. usufr. alias enim amittetur tantum ususfructus earum rerum quae deterioratae sunt. l. 14. Quib. mod. usufr. junct. l. 25. eod. Atq; ita docet etiam Ampliss. D. D. Tabor Praeceptor meus Venerandus in Qq. ad C. A. d. t. d. 9. (9) Renunciatio; Nam

Nam

Nam siue expresse renunciaverit coniunx superstes viduo, dicendo se nolle uti iure suo. *Statr. sub Rubr. von Widumen / arr. Ist daß zwey gemacht se.* Siue tacite sc. non profitendo tanquam res alienum proposita Edictali citatione, per ea quæ tradit *Gail. 1. Obs. 57. amitter jus suum arg. l. pen. C. de pact.* (10) Venditio juris viduitatis, *der Aufstauff* / quando sc. heredes coniugis defuncti certo pretio emunt jus viduarii, quo casu etiam si Viduarius ultra dimidium fuerit læsus, non tamen ei competet remedium. *l. 2. C. de resc. Vendit. consistit enim in dubio eventu, quibus casibus læsio non attenditur l. 8. §. 1. de contrah. empt. l. 11. §. ult. l. 12. de act. empt. l. 7. l. 11. de hered. vel act. Vend. Hartm. Pistor. lib. 1. Q. 4. n. 23. Et seqq.* (11) Impudica vita viduæ cui jus viduitatis constitutum est; perdit enim ea, omnia privilegia viduitatis. *Robert. lib. 1. Rer. judic. c. 13. Gail. 2. Obs. 98. n. 17.* Atque ita iudicatum ante paucos annos coram Senatu Maiore in causa viduæ cuiusdam pastoris. *Qua ratione autem probetur impudica vita viduæ declarat Mandell. Consol. 25.*

Affinia.

45. Superest adhuc ut videamus Affinia juris viduitatis; quorum primum sit Dotalitium, *das Leibgeding*; id quod iure Saxonico debetur viduæ in bonis mariti; conveniunt enim in eo quod utrobique vidua tantum consequatur jus utendi furendi, non etiam proprietatem, *Sid. qua habentur in Disputat. ante aliquot menses habita de dotalitio. d. 36* Differunt tamen (1) subiecto: Dotalitium enim constituitur soli viduæ; sed viduum tam marito quam uxori constitui potest in casum viduitatis (2) Effectu, quod per dotalitium absorbeatur dos mulieris, ita ut si sibi dotalitium constitui passa sit, nunquam dotem suam repetere possit, juxta *Constit. Elect. Aug. part. 1. constit. 42.* At si viduum constituatur, vidua non tantum viduum, sed & dotem suam repetere potest. *Secundo loco inter affinia refero Vorausß vnd Liebthar;* quod uxori ex statuto huius Reip. post mortem mariti præcipere licet. *Statr. sub Rubr. Was die Frau nach des Manns Tod zum Vorausß nehmen soll.* Huic succedat tertio legatum redditus annui in certo fundo coniugi superstiti relictum. Quod legatum differt ab eo, si fuisset vidualis usufructus legatus: Nam (1) licet heredibus coniugum, eum fundum, cuius annuus redditus legatus est, vendere, & legatario offerre quantitatem annuam, quæ viuo adhuc defuncto ex locatione fundi redigi consueverat. *l. 38. de us. Et usufr. leg.* At heredes non possunt alienare fundum in quo viduum coniugi superstiti constitutum est, sed solam proprietatem suam alienabunt *l. 2. C. de usufr.* (2) Si cuius redditus annuus fundi legatus est, non tenentur heredes legatario, in eo fundo, præstare habitationem. *d. l. 38.* At Viduario omnino debetur habitatio *arg. §. 2. l. de us. Et habit.* Adde quoq; his affininibus Donationem propter nuptias, Doarium, & Donationem Morgengabicã, de quibus *C. A. in tit. de jur. dot.*

Conclusio.


46. Atq; hic nolens volens pedem figere, tractionemq; , quamvis minus absolutam, abrumpere cogor. Ita sc. fert instituti mei ratio, cui nunc obsequendum; Lector beneyolus facile me excusatum habebit; nec enim intra paucos illos dies, quibus includenda erat hæc opera, vel ætas juvenilis, vel materiæ difficultas, profundiores cogitationes, aut ampliorem tractatum admisit. Licebit forsã aliquando, ubi firmitus erit iudicium, atq; tempus permittetur amplius, delineationem tractationis, quæ nunc proponitur, (ita enim verius quam tractatio appellanda est) sequi, & maiore cum cura proposita eliminare, omissa supplere. Deo interim Ter Opt. Max. devotas ago gratias, quod Divina sua clementia etiam hanc qualemcunq; dissertationem conscribenti benigne adesse, atque mentem dirigere voluerit, Eidemq; Rempubl. Ecclesiam, Universitatem, meaq; ulteriora studia commendo,


E I N I S

X 2615889

VD 17







DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
JURE VIDUITATIS

Erz. num. 2

23

1645, 2.

Sive
Von Vidumen /

Quam

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA;
Authoritate & Decreto

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI
ICTORUM ORDINIS, IN CELEBER-
RIMA ARGENTORATENSIIUM UNI-
VERSITATE

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN
utroque jure honoribus, ac privilegiis

publica & solenni censura
subiicit

Die Martij

JOHANNES JACOBUS Frid
Argentoratensis.

P. 404



ARGENTORATI:
Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBII,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

ANNO M. DC. XLV.



2

